


Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Getty Research Institute

https://archive.org/details/vrbispatauinaein00toma

VRBIS PATAVINÆ
INSCRIPTIONES
SACRÆ, ET PROPHANÆ.

Quibus TEMPLORVM & ALTARIVM exſtructiones atq; dedicationes: COENOBIORVM quoq; ædificia: Primorum iuxta CIVIVM, ac recentiorum Familię, nomina, coniugia, & liberi, Magiſtratus ac honores diuerſi; DOCTORVM præterea omni diſciplinarum genere in Urbe atq; Gymnaſio Patauino clariſſimorum, Itemq; PRINCIPVM, Nobilium, & Aduenarum, Artificum præterea inſignium Monumenta in lucem proferuntur à

IACOBO PHILIPPO TOMASINO
EPISCOPO ÆMONIÆ.



PATAVII, Typis Sebaſtiani Sardi. M. DC. XLIX.

Superiorum Permiſſu.

Illustrissimis, Amplissimis, Prudentissimisq;

PATAVINÆ VRBIS DECVRIONIBVS.

ATQ. CIVIBVS Lectissimis,

IACOBVS PHILIPPVS TOMASINVS ÆMONIÆ PRÆSVL.



Nter maxima uniuersi opificia solus homo reliquarum animantium perfectissimus diuinæq; auræ particeps sapientissimi conditoris præ se fert splendorem, quò nihil sublimius, nihil magis admiratione dignum. Cetera namque viuentia artificem quidem summè sagacem testantur: at ventri nata nihil sapiunt nisi terrenum, & quò natura vergit, eò nullo discrimine feruntur: unus homo vi rationis æternitatem cogitat, mentem ad cœlos erigit, suæq; originis memor se numinis æmulum nouit. Nec aliam certè ob causam insitum animis gloriæ atq; im-

a mor-

mortalitatis desiderium nominis memoriam rectè gestorum merito in posteros transmitti amauit, quàm ut ne iniquâ æui obliuione variis vicibus exacti vitæ labores penitus interciderent. Inde nulla tam fera gens aut ab omni humanitate remota fuit, cui non hæc maximè cura animum excitauit: quamuis cultioribus ea populis, Deoq; præsertim dilectis, insederit. Ecquis enim superbas lætioris Ægypti pyramides in cœlum minitantes nescit adhuc integras? Quid magnæ Urbis Romæ imperioq; dignæ columnas & obeliscos, quid arcus & mausolea, quid cippos ac tabellas prætereàm, ceteraq; orbe toto sparsa ingentis imperii vestigia, quorum pars minima barbari hostis immanitati superest? Quid cultissima quondam Græcæ gentis monumenta sparsim Tyranni minis neglecta &c. tantum non proculcata sileam; quorum nunc quicquid reliquum non vano prorsùs studio priscæ doctrinæ cultores in Europam politiorem auidè transvehunt? Omnium certè nulla nobis nunc foret memoria, nisi & literis ea periti diligentius commisissent: quorum apud Diodorum Siculum, Plutarchum, &c. prisci æui alios, nostrosq; scriptores haud inferiori diligentiâ ingens copia visitur. Adeo nihil ab omni temporis iniuria, ne saxa quidem æsue securum: quæ dictu mirum leuibus chartis perennitatem debent.

Hæc me recordantem quum fragilitatis humanæ miseratio subiret, vetustissimę Urbis Patauinæ monumenta è situ in lucem protuli, quæq; in paucorum jam

con-

conſpectum venerant omnibus expoſui, & ſicubi opus monitis ita declaraui, ut, quod primum mihi ſemper boni ciuis munus fuit, dilectiſſimæ Patriæ decora meliori æuo poſteriſq; aſſererem. Equidem tot tantaq; ab omni memoria cuivis autorum generi ſic ea deprædicari video, ut nulli totius Italiæ urbium literarum aut armorum gloriâ quicquam illa conceſſerit: quam forti conſtantiq; animo generoſæ mentis ciues ita, vobis propriam oſtendiſtis, ut jure altam Phrygiæ gentis propaginem in hac incredibili veſtra virtute, duraturam augurari liceat.

Veſtris autem id tum demum, Patres Ampliſſimi, optimiq; Ciues, auſpiciis rectiſſimè à me factum, arbitrabor, ſi, quorum ſingulari prouidentiæ credita cœlitus tam cari pignoris ſalus, meis optatis ea facilitate reſponderitis, ut ætate jam ingraueſcente liberalis otii mei fructus, obſequentis animi erga vos argumentum, in præſidio iudicioq; veſtro conquieſcat. Valete, feliciſſimaq; florentiſſimæ Reipublicæ Venetæ tutela patriæ commodis laudabili more veſtro conſulite.

Patauii Calendis Auguſti Anno Salutis CIↃ IↃC XLIX.

HO-

HORATIVS

Carmin. Lib. III. Ode XXX.

Exegi monumentum ære perennius
Regaliq́ ſitu Pyramidum altius:
Quod non imber edax, non aquilo impotens
Poſsit diruere, aut innumerabilis
Annorum ſeries, & fuga temporum.


SENECA.

NON DEFVNCTORVM CAVSA, SED VIVORVM, INVENTA EST SEPVLTVRA.



LECTORI

BENEVOLO.



D antiquum Vrbis noſtræ celeberrimę decus, conati ſumus Sacra Maiorum Monumenta in unum congerere, quum quotidie paſſim in Templis, in cœmeterijs, Ciuium ſepulcra venundantur, eorum tituli exterantur, & quod peſſimum eſt, ac barbaris etiam gentibus inſolitum, fractis tumulis ſaxa eorumdem in feneſtris, podiolis, in fundamentis ædium reponuntur. Ea quidem ut heic vides excepta reperiuntur. In his plura deprehendes fateor vitia ſeculi barbarie infuſcati, nec raro errata fabrilia planè abſona. Grauiora tamen ad calcem adiecta: orthographiæ atq; interpunctionum leuiora eorum æquitati relicta cupio, quibus non difficilè fuerit ea non ſolũ dignoſcere, ſed humanis quoq; vicibus ignoſcere.

Nec ſilendum haut minori labore quam diligentia nobis plurimum ſubſidij attuliſſe Viros nobiliſſimos alioſq; bonarum literarũ ſtudioſos, quibus plurimorum heic indicia debemus. Quæ in Ædibus etiam ciuium ſunt, Inſcriptiones hic addere libuit, donec totius Territorij ceteras maiori opportunitate, Deoq; tanto molimini fauente, licuerit conquirere. Tu mi lector his vtere, pioq; labori faue.



INDEX

INDEX
SACRARVM ÆDIVM

In vico Basilicæ, vulgò del Domo:



In Vico Pontis Moletrinarum.

B. Pe-

In Vico Pontis Altinati.

Domus

In Vico Turricellarum.

Reli-

RELIQVORVM ÆDIFICIORVM.



FAMILIARVM NOMENCLATVRA.



S.Agne-

 2 Bol-

C

Cam-

Curtia



Faber

F

Fabro-

H

I

Ianua-

M

Malme-

Merho-

N



Polen-

S

T


Taue-

V

Valde-

Vrsi

Z



INDEX

Summorum Pontificum, Imperatorum, Regum, Ducum, ac Principum, qui in hoc opere memorantur.

INDEX

Cardinarium, Archiepiscoporum, & Episcoporum.

Cæsar

ADVENAE

Germani, Poloni, Angli, & Galli.

Chri-

Vuol-

STATVÆ, SIMVLACRA, ET ICONES.

FINIS.

SACRÆ INSCRIPTIONES VRBIS PATAVINAE

In Templo Cathedrali.



Emplum Cathedrale constructum fuit ab Episcopo Tricidio Fontana An. DC.XX. Hic Præsul à D. Sophiæ æde omnium nostræ Vrbis antiquissima in hunc vrbis frequentiorem locum Canonicorum sedem transtulit, eamq; *D. Mariæ Virgini* dicauit. Terręmotu aliquot post annis dilapsa cleri impensis An. 1124. denuò erectam ostendit saxum Epistylij.

1 *Me terra primus motus subuertit ab imo*
Set Macili limo pulchrè me struxit ab imo.
✠ Anno ab incarnatione Domini M.C.XXIV. Ind. II.
Arte magistrali Macili construxit ab imo.

---

2 STEPHANI CARRARIENSIS Episcopi auspicijs fornicem additum indicant carmina ad D. Stephani Aram.

Hæc Sancto Stephano structa est venerabilis Ara,
Nec non fornices templi reparatio facti.
Carrigero sedem Stephano pastore tenente,
Quem genuit Pataui Franciscus Iunior Heros.

---

3 Ad vberrimum vsum Templi Franciscus Carrariensis Episcopi pater forum Suarium in cœmeterium conuertit, indicat columna areæ:

M.CCCC.I. Illust. Princeps D. FRANCISCVS Iunior de Carraria Dominus Paduæ, natus quondã bon. memoriæ magnifici & poten-

tentissimi Domini Francisci senioris de Carraria, olim Domini Paduæ anno XI. sui Dominij Cœmeterium hoc donauit Cathedrali Ecclesiæ Paduanæ, tempore Venerandi Viri D. Stephani de Carraria Filij sui, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Ecclesiæ Paduanæ Administratoris.

In Medio Ecclesiæ Arca est lapidibus rubeis cum Dracone coronato.

4 H. S. Extrux. & Aram Dotauit Io: Anton. Grassus sibi, ac suis; Clauso hic priùs Io: Bapt. Filio Adolesc. Vtroq. Iur. Claro inuidia cæso, singula cui Superi dona dedere.
Die. XX. Decembris. M D XIII.

Sequitur sepulcrum dirutum cum Imagine Episcopi Bernardi Maltrauersi.

5 BERNARDVS MALTRAVERSVS Ecclesiæ Patauinæ Pontifex almus, quem . . . audiat Pa . . . . de caterua patrum. Precemur ergo Deum, qui regnat . . . . ut nobis præstet gaudere cum ipsis.

---

6 Tumulum Canonicorum Paduæ instauratum
An. M DC XLIV.

PILEI PRATÆ CARDINALIS

7 *Stirpe Comes Pratæ, præclarus origine, multis*
Dotibus insignis, seclo celeberrimus, orbe
Defunctus, statuis sua sic suprema voluntas,
Hac Cardinalis Pileus tumulatur in vrna.

---

8 VENCESLAO BRVGNARÆ, & Purliliarum Comiti, non minùs Græcè quàm Latinè doctiss. & ingenio Philosophiæq; studijs excellenti, qui vixit annos XLIV. ob. M.D. XL. Lucretia Martinenga vxor optima, & viri amantissima posuit.

BAR-

BARTHOL. BENEVENTANI

9 *Nate Beneuento, tibi jus ciuile cathedram,*
Dum coleres Paduam, Bartholomæe dedit.
Tu vigil ad caussas, tu tradere iura disertus,
Tu placidus cunctis dapsilitate tua,
Vixisti prudens, prudens moriendo dicasti
Huic tumulo corpus, ossibus ampla pijs.
Tu proprij fratris tumulo dare corpus eidem
Mandasti, factum est. parcat vtriq; Deus.

Cum figura Canonici quiescentis humi

BARTHOL. RVFINVS de Giroldis Canonicus Pataui[n]us.

Vermibus hic donor, & sic descendere conor,
10 *Qualiter hic ponor, ponitur omnis honor.*
Quisq; ades, tum morte cades, sta, respice plora:
Sum quod eris, quod es ipse fui, pro me precor ora.

Sub simulacris Bertæ, & Henrici Regis, qui redditus Eccl. Pat. plurimùm auxere.

11 *Præsulis ac Cleri præsenti prædia phano,*
Donauit Regina iacens hoc marmore Berta,
Henrici Regis Pataui celeberrima Quarti
Coniux, tam grandi dono memoranda per æuum.

Nicolai Triuisani Episcopi.

12 NICOLAVS TRIVISANVS I.V.D. Præsul Cenetensis, viuens posuit Ann. Sal. M. CCCC. XCII.

Vita quies, sed nulla quies mortalibus vnquam
Mors, & vita magis, quam mihi parta quies.

Vixit Ann. LXII. Mens. II. obijt M. CCC. XCVII. Idib. Ianu.

GEORGIO BVZZACCARENO

13 Canonico Paduano I.V. Consulto, patruo beneficentiss. Ioannes Patarus & Ioan. Franciscus ex Bonifacio Fratre Nepotes, P. obijt. M.D.II. VIII. Cal. Augusti.

IOANNES RVBETTVS

14 I.V.D. Canonic. Patau. genere clarus, virtute clarior, probitate rarus, veri Dei pius cultor, ac de pauperibus benè meritus, felici vitæ integritate potitus, hac in terris impedimentis relictis, in paratum Abrahæ sinum se recepit.

Extra Ecclesiam humi versùs Episcopatum.

ZILII CASALIS.

15 M.CCC.LXI. de Mense Nouembris XVIII.

Eximius Doctor Legum, virtutis amator
Qui specie morum, insigni ac cultus honore
Conspicuus Pataui civis, patriæq; saluti
Promptus amicus erat, constanti mente bonorum.
Hic de Casali Zilius cum pace quiescit.
Membra solo, capiturq; polo, quod fuderat illis.

VINCENTII LIGVRIS

16 *Aurea spes Ligurum iacet hac Vincentius vrna*
Dic vbi nunc posses spem posuisse Ligur.
Spes perit humana velut intermortua sorte
Vixit, ut hic, spem vis figere ! fige Deo.

MARCATELLORVM FRATRVM.

17 Siste gradum viator, atq; hæc parua, si libet, lege: And. Barthol Nicolaus frater Marcatelli hic siti sumus, posuere superstites Hieron. Bernardinus nepotes. De nobis fortassis alij alia: nos nihil aliud.

FRAN-

FRANCISCI ALVAROTI

18 Patriarchę Aquileiensis Vicarij,& Iurisconsulti ossa.

Ille viuis Aquileia tui qui patris obibat
Qui cleri ac gemitu gloria Iuris erat
Hic Aluarotus tegitur Franciscus iniqua
Heu quantum Pataui fata tulere decus.

BERNARDINO SPERONO

19 Aluaroto, Medico nobiliss. Bartholdus, & Speronus & Iulius filij: pietatis & eruditionis ergo.

Sub GAIETANI THIENEI Statua

20 CAIETANO clara ex familia Tienea Canonico Pat. Viro integerrimo proboq; Theologorum Principi, Philosopho eximio, cujus doctrina cuncta orbis Gymnasia illustrantur, locus hic datus est.

In infimo Musai.

CAIETANVS VIR EXIMIVS.

21 *Fratalea* S.M. *Cæcorum*

22 Duæ Sepulturæ Fratrum Sororum Corporis Domini.

23 Sepulcrum Cap. maioris Eccl. Paduę,& alterum Clericorũ.

BOVETINI MANTVANI I.C.

24 & Archipresbiteri Patauini.

Mantua me genuit Patauis Bouetinus & Orbi,
A Boue nomen habens, patiens, sine fraude, dolisve,
Quàm sibi, plus alijs vigilans pietatis alumnus,
Largus erat studio largus clero sibi parcus.
Canonicum illustris docuit Ius, ter tribus annos

Deme

Deme duos; obit Augusto, iam mille trecentis
Elapsis, iacet hic: coluit te summe colentis
Virgo patrocinium: precibusq; assiste colenti
Vmbra humanum eius genus, o pia voce tuis ut
Supplice conserues precibus, te Virgo precatur.

NICOLAO ZANOTTO

25 Tho.H.T. cust. sedes optato fortunatas, cui post LXXXIV. ann. candida nulliq; inuidia vita Cal. April. M.D. XI. defuncto Anton. Zanottus principalis, & M.H.M. memor. erexit. Manticam à tergo auoca.

PETRO BAROTIO

26 Bellunensi, primum Antistiti, Pontifici deinde Patauino, Sanctimoniæ, pietatis, eruditionis, beneficemtiæ incomparabilis, Senatus Venetus Monumentum hoc faciundum curauit.

Sequitur in eodem medio

27 HIERONYMO IVSTINIANO Patritio Veneto Prothonotario Apostolico, & Canonico Patauino summę Innocentiæ atq; Integritatis Viro P.
Ob. an. Sal. M DC I. Prid. non. Maij. An. ætat. suæ. LXXVIII.

---

28 BENEDICTO CONTARINO Patritio Veneto Canonico Pat. viro summa Philos. atq; Theol. ognitione perornato, Iulius Cont. Pronep. Canonic. Pat. Beneficiorum memor monumentum id faciend. curauit,
Vix Ann. LXIV. Ob. primo Januar. M. D. LXIV.

In sacello Zabarellorum B.M.V. in sublimi loco cum figura marmorea Cardinalis quiescentis.

29 FRANCISCO ZABARELLÆ Florentiæ Archiepisc. viro opt. Vrbi. atque Orbi gratiss. Diuini, Humanique Juris Interpreti præstantissimo in Cardinalium Collegium ob summam

mam ſapientiam cooptato, ac eorunden animis Pontifici prope Max. Ioanne XXIII. eius ſuaſu abdicato ante Martinum. V ob ſingularem probitatem in Conſtantienſi Concilio deſtinato, Ioannes Iacobi Viri clariſs. fil. id monumenti

Ponendum curauit.

Vix. ann. LXXVIII.

Obijt Conſtantiæ M.CCCC.XVIII.

In Pariete ad latus læuum.

BARTHO. ZABARELLÆ Andreæ F. Archiep. Flor.

30 *Sub Eug. IIII. Maximis in Rep. muneribus*

Singulari cum laude perfuncto

Iuris prudentiæ, Religionis, rerum

Geſtarum gloria clariſſimo

Poſt Hiſpanicam Legationem

Bonorum omnium ſuffragijs

Propenſaque ipſius Summi Pont. voluntate

Patrui Card. purpuram iam illi

Deferentibus importunè interempto

Andreas Zab. Ioannis F. Eques

Ad excitandam in poſteris tantæ

Virtutis æmulationem. P. C.

Obijt Sutrij an. Sal. M.CCCC. XLV.

Humi in eodem ſacello.

31 IACOBI ZABARELLÆ Franc. F. Equiti Ciuilis Elegantiæ, & ingenuæ probitatis laudibus claro,

& duobus Iacobi F.F.

Ludouico Pat. Eccleſiæ Religioſiſs. Archipresb.

& Leonidæ fraternæ Pietatis imitatori.

Hieronymus Zabarella eiuſdem Eccl. Canonicus parenti, & Fratribus de ſe opt. mer. ſibique, & Poſt. F.C.

Ann. Sal. N. M.DC. III.

ACHIL-

D. O. M.
ACHILLI ZABARELLÆ Andreæ Eq. F.
32 Patr. Patauino
Ob res Bellicas in Pannonia gestas
Cæsari summè Dilecto
Et militari honore insignito
Dum xxv. Ann. ageret
Vita Fortiter in Luniana functo
Aurelius Abbas Ord. Oliuetani. FR.
Et Anselmus Anselmius Eq. Sororius
illius iussu. M. P.
Obijt an. M. DC.

BARTH. ZABARELLÆ Archiep. Flor.
Andreas Zab. Io: F. Equ. sibique, & Posteris
33 Vix. an. LXXVI.
M. VI. D. VIII.
Ob. D. XXI. Dec. M. D. XCVII.

IACOBO ZABARELLÆ Pat. Equestris Ord.
34 viro integerrimo Pont. Cæsareiq; Iuris consulto
Ioann. & Franc. F. P. & S.
Vix. ann. LXXVII. M. XI. D. VIII. Ho. VI.
Ann. à Chr. Nat. M. D. XXV. VIII. Kal. Iunij.

Vetus ante sacellum Sepulchrum dirutum.
35 GEORGIO BVZZACARINO Canonico Paduano virt....... Iuris consulto Patruo beneficentissimo.
Obijt ....

GEORGIO, & ARCVANO Buzzaccarenis Canonicis.
36 Annis M. D. II. & M. DC. XV.

In altero Sacello B. M. Virg.

37 Hæc præsens Basilica Sancti Georgij dotata est per honorabiles cõmissarios, & hæredes ex Testamento olim Nobilis Dominæ ALBERTINÆ de ALVAROTTIS Vxoris q. nobilis viri Bartholomæi de Papinis de bonis prædictorum Dominæ Albertinæ, & Bartholomæi, nec non Dominæ Iacobæ Sororis ipsius Bartholomæi cum conditione, quòd Sacerdos, qui pro tempore inuestitus erit, debeat interesse omnibus diuinis officijs, quæ in præsenti Ecclesia Cathedrali celebrabuntur, & hoc cum auctoritate, & licentia Reu. in Christo Patris D. D. Petri Donato Episcopi Paduani dignissimi, ac consensu & voluntate venerabilis Capituli Paduani, vt patet per instrumenta publica manu Ioannis Pitto Not. A. M CCCC. XXXV. Die XXVIII. Mensis Iulij.

SPERONE SPERONI

38 Nacque

NEL M.D. dì XII. D' APRILE

MORI'

NEL M.D. LXXXVIII. Dì II. di GIVGNO

Viuendo si fece l'infrascritto Epitafio.

Messere SPERONE SPERONI delli ALVAROTTI Filosofo, & Caualier, Padouano, il quale amando con ogni cura, che dopo se del suo nome fusse memoria, che almen nelli animi de vicini, se non più oltre cortesemente per alcun tempo si conseruasse, in vulgar nostro Idioma con vario stile sino allo estremo parlò, & scrisse non vulgarmente sue proprie cose, & era letto, & vdito.

Viuette anni LXXXIIX. Mesi I. giorni XIII. Morì Padre di vna figliola, che li rimase di tre, che n'hebbe, & per lei Auo di assai Nepoti, ma Auo, Proauo, & Attauo à descendenti del-

le altre due tutti nobili, & bene ſtanti Femine, & Maſchi nelle lor patrie honorate.

In pauimento legitur.

AL GRAN SPERONE SPERONI
SVO PADRE
GIVLIA SPERONA DE' CONTI
M. D. LXXXXVIII.

---

39 HIERONYMO, FRANCISCO, LVDOVICO, LEONARDO SPERONIB. ALVAR. Sper. Bart. Iulius Fratres.

In alio lapide humi poſito.

40 BERNARDINO SPERONI. ALVAR. Medico nobiliſs. Sper. Barth. Iulius Filij pietatis, ac eruditionis ergo.

---

41 Eximio Dec. Doctori D. IACOPO BVENO Manſionario benemerito. M. D. VII. Iulij. II.

---

42 IOANNI BAPTISTÆ CÆSARINO nobili de Sancto Vito oppido Fori Iulij Canonico Patauino Nepotes pientiſſimi poſuere Anno ætatis ſuæ LXXIII. Die XI. Maij.

Cæſarinus iacet hic magno Vir dignus honore
Iam clarus terris nunc celſis clarior Aſtris.

---

43 GABRIEL ERICIVS huius templi primùm Cuſtos, deinde Manſionarius, & Chori Magiſter V. F.

Ante ipſum ſacellum B. V. M.

44 Nobilibus Fr. Fil. ANTONII SAVIOLI Iuris Conſul. Hæredis ex teſtamento Dioniſiæ Sauiolæ Amitæ Hered. Andreæ Aleoti eius filij Artis, & Med. Doct. ex cæmiterio, vbi erat huc tranſlatum.

M. D. LXXXVI. Kal. Maij.

D. N. A.

45 D. NATALIS SANCTÆ AGNETI I.V.D.
D. Nicolaus eius Patruelis sibique, & Agnatis P. P.
M.DC. XXX. XXVII. Januarij.

46 Presbyter ANTONIVS de MALGARINIS Mansionarius ossibus suis hanc sedem præparauit anno salutis
M. D. XIX.

47 *BARTOLINVS hic est obseruantissimus æqui*
Iustitiæ forma maximus ille parens
Hoc vno extincto, proh, quantum Foscare perdis
Inuenies mærens nec probitate pares. M.
Anno M CCCC LXXXIV. D. XVI. Nouembris.

B. M.
48 HENRICO SAX. Socero
Et Helisabeth Henrici Fi.
Vxor. Kariss. Victor Medicus V. F.

49 ......*Virtute viri reuerere sepulcrum*
......*Hic quis legis ista Patris*
......*Cum sobolem terdenis, & tribus annis*
......*Patauinis inclita Romæ dedit*
Bis. Sex Trecentum mille Quaterne Decem.

50 GASPARIS OTTELLI
Et successorum.

51 IO: BAPTISTÆ PERSONÆ nobili Liciensi eximiæ probitatis, & prudentiæ Viro Philosophiæ ac Theologiæ Magistro, in huius insignis Ecclesiæ Patauinæ Canonicorum ordinem à Sanctissimo Pio P.P. V. motu proprio cooptato.

Ioannes Baptista Persona ex Fratre Nepos
ac hæres ponendum curauit
Obijt anno Domini M. DC. XIX. XXX. Octobris
ætatis suæ anno LXXVI.

---

52 Admodum Reu. Presbyt. IO: BAP. VERARDO Custodi, & Chori Magistro, quod sibi Mans. ac Cust. monumentum legauit R.R. Commiss. ex test. P.P.

Obijt VII. Id. Iunij an. Salutis M. DC. VIII.

---

53 IOANNI VRBANO Copiarum Pedestrium Duci, qui Reip. Venetæ strenuam Annos xx operam nauauit.
Vix. XLI. D. XV.
Obijt VI. Kal. Nou. M. D. XCIII.
Iulius Canonicus Patauinus, & Philippus
Archipresbyter Sacen. Fratri cariss. P.

---

54 PETRI DONATI EPISCOPI PATAVINI
OSSA.

In Sacrario maiori sunt XI. sepulcra ferè obliterata.

55 Hic quiescunt ossa ad nouissimum diem
HIERONYMVS GVIDONIVS Med. Doctor sibi & suis.
M. H. F. 1551.

---

56 *In eodem sacello tres alii lapides sepulcrales extra Ecclesiam. In porticu ad meridionalem portam lapides XVII. antiquissimi detrisis literis, ex quibus unus ex albo marmore cum icone mulieris dormientis.*

.... Domina D ....
Hic obijt .... Frangipani
.... cui tempus edax rerum

Loco

Loco sublimi.

57 *In cunctis virtute nitens & iure prof ssus*
Canonicus Doctor LEONICVS GVIDO reclusus
Hic annis Christi terdenis mille trecentis
Cum tribus & Iuni bis dena luceq́; bina.

---

58 Memoria VLRICI Episcopi Secouinis Diuini & Humani Iuris peritissimi Rom. Ecclesiæ Presbyt.

---

59 LIVIO de NORES nobilissimo Cyprio Comiti Tripolis
Canonico Patauino
Marcus Antonius Martinengus Comes
Et nobilis Venetus
In Canonicatu Coadiutor & succeſsor
Viro optimo, ac de se optimè merito. P.
Vixit annos LXXVII.
In Canonicatu XXXXVI.
Obijt oct. Kal. Mart.
M.DC. XXXI.
Sepultus in hac Cathed. Eccl.
In tumulo Canonicor.

---

60 PETRO SYLVATICO Bartholomæi Ser. Reip. Venetę Iuris consulti, & Equitis F. qui annum duodeuigesimum vix attingens in Belgio, & Gallia pro fide miles, post fortem quadriennij totius operam honestis, & acerrimis in prælijs acceptis vulneribus Sereniſs. Veneti Sen. Con. inter alios proceres ad militiam designatus, mox præsidij Marani munitissimi oppidi præfectus adhibitus natus annos Vigintiquatuor Idibus Decembris. M. DC. IIII. nunquam satis defletus laudatusq́. obijt Pater mœstiſs. P.

In Pa-

In Pariete ad dexteram Altaris S. Hieronymi, sub Doctoris, & Eq. imagine in Lydio lapide literis aureis.

61 BARTH. SYLVATICO Patritio Pat. V. C. in patrio Gymnasio per L annos primario V.I. Interpreti, Reip. Venetę Consultori, in magnis ad Cæsarem, atque alios Principes legationib. præclaram ex eo munere gloriam adepto, ob singulares doctrinæ, fidei, prudentiæ laudes amplis. S.C. equestribus ornamentis, donisque insignito, religione in Deum, beneficentia in omnes longè conspicuo post LXX. annorum ætatem Principi, Patriæ, Academiæ, bonis omnibus immaturè ablato, Hier. Sil. Eq. Fr. & Filij IV. liberali patris educatione perhonestis aucti titulis. P.P.

Obijt anno S. M.DC. III. Kal. Oct.

---

62 Nobilium SYLVATICORVM monument. in peristylio ad templum vetustate iam prope dirutum, cinere ossibusq; translatis, hic restitutum M.D.XC.IIII. Idibus Decembris.

---

63 Orate pro FRANCISCO MEMO Canonico Thesaurario mortuo An. Domini M. DC. XXX. VIII. Kal. Aprilis ætatis suæ An. LXIII. M. III. D. XII. Canonicatus Ann. XL.

---

64 ALEXANDRO TERENTIO I.C. Canonico animi candore doctrinę eminentia liberalitate in pauperes Religione præclaro Ioannes Terentius I.C. eiusdem beneficentia in Canonicatu successor patruo optimè merito M. DC XXIV.

---

65 Cæsar Tauerius PETRO dilecto Filio, Io. Federicus Canonicus Saccensis, & Io. Franciscus Cæsaris Fratres cariss. Nepoti, sibi ipsis, & Posteris suis posuere M. D. XCVI.

IOAN-

IOANNIAE Familiæ Pat. Tumulus

66 *Frigida conduntur parua nunc ossa sub vrna*

Ast animo exegit credita pensa Deus.

Anno Salutis M. DC. XV.

67 Hunc Dormitionis locum sibi, & suis angelica tuba aliquãdo excitãdis IACOBVS, & DONATVS CATANEI Viu. Pos. Anno Salutis. M.DC. XI. Mense Julij.

68 Hoc est sepulcrũ Domini Presbyteri PETRI RESTAVRI, & Matris eius, & Hæredum M. CCCC. LXIX. Die III. Sept.

69 Sepulcrum Peregrinæ Familiæ cum hoc stemmate, cu MARCVS ANT. PEREGRINVS I.C. hanc viuus condidit inscriptionem, quæ ab hæredibus adhuc omissa.

MARCVS ANTONIVS PEREGRINVS origine Vicentinus electione Patauinus Iuris Con Eques, & Senatus Veneti Consultor à secretis Serenissimæ Reip. Primarius Iuris Pont. Lector, & ex decreto Serenis. Principis Antesignanus Doctorum omnium Collegij Patauini quantus fuerit multiplicia eius in Iure scripta vbique terrarũ sæpe visa semperque probata testantur.

Obijt Anno Christi M. DC.XVI. Die V. Decembris.

Vixit Annos LXXXVI. M III. D. IV.

Sub Choro Cathed. Eccles.

Post Altare B. Danielis in pariete, sub crate ferrea

70 *deaurata in albo marmore.*

Hic sita est pars lapidea, & lignea, in qua Corpus Beatissimi Martyris, & Leuitæ DANIELIS confixum fuit.

Ibidem

Ibidem humi prope Altare in lapide Lydio literis æneis.

71 FRANCISCO MAVROCENO
Io. Francisci Card. Nepoti patruo beneficentiss.
Io. Franciscus Abbas P.
Mort. an. ætat. LXVIII.
M. DC. XXXII.

Ibidem in Lydio lapide literis æneis.

72 FEDERICO CORNELIO
S. R. E. Cardinali Episcopo Patauino
Aduectis Roma ossibus Hæred. ex testam. P.
Vix. an. LVIII. M. III. D. XXI.
Ob. M. D. XCIIII. non. Octob.

Ibidem in alia tabula Lydii lapidis literis æneis.

73 ALOYSIO CORNELIO
Federici Card. Patrui in Episcopatu Patau. successori
Fratres ex testamento P. C.
Vix. an. XXXVI. M. II. D. XXII.
Obijt XIII. Kal. Nou. M. D. XCIII.

74 TRICIDII EPISCOPI PATAVINI.

Hic requiescit in pace Tricidius Episcopus huius Sanctæ Patauinæ Ecclesiæ sedis, qui sedit annis XXVI. Mens. VIII. & fuerunt omnes dies vitæ eius, quibus vixit, ann. LVI. Mens. IV. omnes rogate pro requiescente.

IOAN. TRANSALGARDI, vel FORZATEI Episc. Pat.

75 *Nomine Baptistæ Paduanus Episcopus iste*
Stemmata Forzatum, iuris quoq; nobile pratum:
Gregorij mores, famæ Salomonis honores,
Prosdocimi vitam, patriam possedit auitam,

Ter

Ter nonis annis obijt, sed luce Ioannis.
Lustra ferens toto numero cum ter tribus octo
Italia sceptra tenet, post hæc sua corpora petra
Cui gemini demptis annis de mille trecentis
Et ter quinq; dedit cœlum cui mundus obedit
Quaq; die natus supera fuit arce locatus.

In peristylij parte superiori lapidi in pariete literis Longobardis inscriptum.

76 M. CCCC. X. Inditione secunda die martis Mensis Martij Hoc Claustrum inferius, & superius factum est de bonis nobilis Viri IOANNIS PARIXINI de Medijs Comitibus de Padua per Commissarios suos, videlicet, per nobilem virum Comitem Nouellum de Medijs comitibus nepotem suum, & prouidum virum Iacobum quondam Ser Guerini eius fratrem vterinum pro anima sua. Amen.

In vnoquoque latere parietum, qui quatuor sunt, totidem sunt lapides, quorum singuli continent insignia ipsius D. Ioannis Parixini hisce versibus.

Hoc Parixinus opus medio de Conte Ioannes
Legauit fieri post functos sidera manes.

Hic Vir sepultus est in Ecclesia S. Augustini à parte dextra majoris Altaris ad sacellum SS. Apostolorum humi sub imagine militis.

Ad eam partem, quæ respicit Orientem, lapis infixus parieti.

77 F. ALVAROTTVS Doctor huius S. Paduanæ Ecclesiæ Canonicus Camerarius structuram interiùs cum omni ornatu construi fecit, Subcamerario Domino Antonio à S. Clemente Capellano anno Domini 1442.

78 *In eodem pariete est tabula lapidea in qua insculpum est Insigne PP. Eugenij IIII. cum hisce literis.*

EVGENIVS PP. IIII. SVMMVS BENEFACTOR.

79 *In tabula rubri marmoris.*

BARTH. RENALDINO PACIS, & Vlianæ filio in fratrum suorum consortio eius commissarij posuere

Die prima Decembris.........

80 SANSONÆ FAMILIÆ ossa pridem hac in.........anno à Christi Redemptoris natali. M.D XCVI. Mense Decembri.

Gabriel Sansonus Iur. Vtr. Doct. Quartus numerarius in sacro Iuristarum Collegio Patauino Antiquis. sibi, & Posteris lapidem hunc ob alterius corrupti vetustatem.

V. F. C.

Anno ætatis suæ LXXV.

Ad Occidentem in pariete prope portam

81 S. Ioannis Baptistæ.

Qui cum prole sua cinctura fulsit equestri,
Inque Sacerdotum Canone doctor erat
Hic iacet Antistes CACII de stirpe IOANNES,
Cuius nomen humi, mens viget astra super.

82 *Humi subtus sepulcrum Io. Cacij cum effigie Sacerdotis.*

Hoc est sepulcrum omnium Capellanorum Ecclesiæ majoris Paduæ.

83 Hæc est sepultura Presbiteri Iacobi Cantoris, & Mansionarij majoris Ecclesiæ Paduanæ.

Hîc

84 Hîc iacet ANTONIVS filius Ioannis de Renaldino de Este, qui habitat Paduæ in contrata Portæ Tadorum, qui obijt anno Domini M. CCC. LXXXXI. Mense Octobris.

S. D. HIERONYMI
85 GALVCII.
1512.

A scala Orientali sunt XLII. Sepulturæ, è quibus
86 *legitur hæc vna.*
Sepultura Dominæ Pacis à Bogera, & suorum.

Sepulturæ XVI corrosis literis, inter quas illæ de Pernumia
87 *prope scalam, & de Pasinis; Item.*
SEPVLCRVM NOBILIVM DE PECINIS.

Sepulcrum Nobilium à Lignamine.
88 M CCC. LXXXVIII.

Extra portam Baptisterij
89 Sancti Ioannis Baptistæ Fratalea fieri fecit.

90 Ossa Reuerendi PETRI PAVLI SALATI Mansionarij Paduani M. D. XI

91 Sepulcrum Nobilis Viri domini Gaboardi de Vitalianis, & Gerardi eius filij, ac filiorum dicti Gerardi, videlicet, Caroli, Vitaliani, Antonij, Gaboardi, Alexandri, Vitaliani, & D. Luciæ Fratrum M. CCCC. II.

Vitaliana Plebs quem genuit ipse Gerardus
Hoc opus expleri prædicto tempore fecit.
In Arcu tumuli literis pariter Longobardicis.
SEPVLCRVM N. V. I. GABOARDI DE VITALIANIS.

In pariete Ædiculæ prope Episcopatum, & Templum.

92 *Quem dedit alta domus Sanctæ propago Sophiæ,*
Hic iacet insignis præclarus Bartholomæus.
Heu quo lapsa ruit medicinæ fracta columna
Tanti morte viri, pro quo fleat æther, & orbis.

In sublimi Arca, ibidem.

93 *Qui pietate nitens virtuteq́ præditus omni*
Et Medica magnus Doctor in arte fuit.
Hæc tenet à Sancta Nicolai petra Sophia
Corpus, mens adijt carne soluta polum,
Tertia fine dies Maij cum volueret annum
Post decies septem lustra ducenta Dei.

Sub Arca in lapide rubeo quadrato.

94 *Artista eximius Medicinæ ritè monarcha*
Atque salus Pataui grandis, & ampla iacet
Ecce pater studij, languentum cura Ioannes
Ortum cui celebris Sancta Sophia dedit.
Virtutis speculum præfulgens, totus honestus
Norma pudicitiæ, fidus amicus erat.
Expers nequitiæ scelus osus, regula vitæ
Hic fuit, ac omnis splendida cella boni
Quicquid Aristoteles, Hypocras tulit, & Galienus
Hauserat, ac quicquid sacra medela cauet.
Praxis vera fuit, totiq; salutifer orbi,
Cuius fama nitens permeat omne solum.
Hac terram iuxta voluit sepelirier vrna
Vt mitis natus, seq; subesse patri.
Terra suum cœpit, cœpit sibi debita Cœlum
Perfruitur toto mens vbi sancta Deo.

In

95 In Arca marmorea sublimi loco sita, exteriùs ad parietem Baptisterij, IACOBI DONDI Sepulcrum cum hoc Epitaphio.

Ortus eram Pataui Iacobus, terræq; rependo
Quod dedit, & calidos cineres breuis occulit urna,
Vtilis officio patriæ: sat cognitus orbi.
Ars Medicina mihi, Cœlumq; & sidera nosse
Quo nunc corporeo resolutus carcere pergo?
Vtraq; nempe meis manet ars ornata libellis.
Quin procul excelsæ monitus de vertice turris
Tempus, & instabiles numero quod colligis horas,
Inuentum cognosce meum, gratissime lector,
Et pacem mihi, vel veniam, tacitusq; precare.

Ad portam Orientalem in Arca marmorea sepultus est
IOANNES DONDVS
96 hoc Epitaphio.

Tumbica sic celsum conclusit petra Ioannem,
Quem Dondis fatum genuisti Clugia Lymphis,
Ast animum medio separarunt numina Iano.
Hic recubans Pataui, supremaq; sidera terris,
Cœlicis hic septem confecit mystica stellis,
Præteriti Doctor renouans hic sanguinis umbram.
Philosophus, Rhetor, Medicus, mortalis in orbe
Terrenis opera liquit super æthera scandens.
M. CCC. LXXX. Die XXVII. Septemb.

Extat ibidem sepulcrum
97 GABRIELIS DONDI.

Quem tegit iste lapis specioso sanguine cætus
Ex Clugia natus, Veneta defunctus in Vrbe,

Nunc

Nunc requiescit humo de Dondis Gabriel ista.
Par patribus fuit, & Medicorum gloria viuus.
Moribus hic nulli cessisset, Lector, honestis,
Italiæ populis venerandus dogmate multo.
Nomina magna tulit, meruitq; sepultus amari
Corpus saxa tenent, Cælum mens incolit alma.
M. CCC. LXXXVIII. Octob. XIX.

In sacrario Canonicorum sub Imagine depicta.

98 Mem. Æt. Animæ Sacræ colendæ
PETRI VALERII S.R.E. CARDINALIS
Canonici Patauini Concanonico olim suo
Episcopo, & Patrono Beneficentissimo
Hæredes ex asse grati, & memores posuere
M. DC. XXIX.

M. ANTONIO CORNELIO

99 Episcopo Patauino origine Principibus æquali,
Mansuetudine morum priuatis simili,
Canonici Patauini
Suauitate consuetudinis astricti, & ab eo Hæredes
Instituti, ac hisce eximijs picturis ornati
Domino Beneficentissimo. P.P.
M. DC. XXXVI.

---

100 *Prope fenestram Custodis Ecclesiæ.*
..SE..LOCVM.....Dñi....AMBONI...OE...T..

IN

IN S. ÆDE S. SEBASTIANI
Sodalitati Laicorum dicata.

Sepulcrum obliteratum, cuius in calce hæc leguntur.

1 . . . .
Obijt Anno à Natiuitate Domini M.D.LXIII.

In basi columnæ in medio ſacelli, quæ tabulatum ſuſtinet.

2 ANTONIVS CAPVTLISTA IVRIS CON
PATA. AN. ÆTA. LIII.

IN ÆDE S. DANIELIS.
Prope Epiſcopatum ſodalitiis ſecularibus dicata.

In ſuperliminari interiore

1 M. D. XXVIII.

In medio ſacelli ſepulcrũ Fratrũ dictæ ſodalitatis ſine inſcriptione

2 M.D.XXVIII.

IN S. ÆDE D. ANNÆ.
Sacrarum Virginum Ordinis S. Benedicti.

Compagninus Vir nobiliſſimus, vt perhibent Annales Cœnobij S. Auguſtini, vbi eius anniuerſarium die XI. Junij celebratur, teſtamento decreuit, vt de ſuis bonis ſexaginta milliaria laterum, & ſaxi viui, quantum veherent quatuor naues, ceteraq; omnia ædificando huic templo neceſſaria emerentur. Cuius liberalitatis extat monumentum ad dexteram maioris Aræ.

ANNO

1 ANNO DOMINI M.CCC.III.

Dominus Compagninus migrauit ad Dominum, & Ecclesia ista fabricata est pro anima sua, & Petri filij sui, & Emæ Vxoris suæ.

Supra ostium consecratio Ecclesiæ.

2 Ad honorem DEI, & Sanctæ ANNÆ Christi auiæ consecrata fuit hæc Ædes cum Alt. Majore à Reuerendiss. Episcopo Argolicen. pro-Præsule Pat. Iacobo Rota, existente Abb. Reuerenda Sor. Veronica de Padua, procurante Sor. Innocentia Cretica Sacrista An. Sal. M. D. XLIX. Die XVI. Jun.

Supra ostium paruum, instaurationis memoria.

D. O. M. A.

Præsule Marco Cornelio, Antistita Lucretia Bollani Vrsatus Vrsatus Eques hujus Cœnobij protector ex pijs largitionibus ædem hanc in meliorem faciem restituit

Annò Christi M. DC. XXXVI.

---

4 OSSA VBERTINI Papafaua Ecclesiæ Patauinæ Decani. Vixit annos XXXII. Obijt Salutis M. DC. VIII.

---

5 Hic iacet Domina FRANCISCA de PIIS relicta q. Domini Nicolai de Comitibus.

---

6 SERTORIO VRSATO Primariæ nobilitatis Equiti Patauino Marito incomparabili, qui vixit annos LVIII. Obijt Anno M. DC XVII.

BENENATA CORTVSIA Vxor mœstissima hæres scripta posuit, & sibi.

---

7 ELISABETHÆ BVZZACARENÆ, cum qua an. XXVIII. coniunctissimè, & suauissimè vixit

VRSA-

VRSATVS VRSATVS Eques & sibi, cæteris omnibus exclusis posuit, vt ne mors quidem, vel mortalium vllus eorum corpora mortua diuelleret, quos viuos vnus, & idem spiritus rexit fœdere concordi Anno M. DC. XXIX.

---

8 AVGVSTINO BRVGNARÆ Patauino Antonij fil. Philosopho celeberrimo, Iudici optimo, Gymnasij Patauini Lectori publi. sat plane frugi ob eiusq; ciuilem elegantiam, & ingenium probitate omnibus optatiss. ac iucundissimo.
Franciscus Brugnara Pat. Ecclesiæ Custos fraternæ pietatis imitator. C. C.
Vixit An. XXC. Mens. X. D. XIIX. Obijt D. XXIIX. Apr.
Anno Salutis M.DC.IV.

---

9 *Supra Aram SS. Benedicti, Francisci &c.*
Ad sacrum quotidie peragendum, dispositione, & ære SEBASTIANI de RICCIIS Patauini perpetuò dotatum, & erectum.

---

10 *Prope sacrarij ianuam.*
IOAN. BAPTISTÆ DE GRÆCIS Clerico Patauino beneficiato Nepoti suauissimo.
P. Pax Bertossius patruus mœstissimus, & senex inconsolabilis vrnulam cinerum, & lacrymarum P. C.
Vixit Ann. VI. M. III. D. V. Obijt An. M. DC. XIX.
M. Oct. D. V.

---

11 *In mensa lapidea Aræ S. Ioachini.*
.... S. Tro. Zambon Straca
.... Fiolo di Gerberto
.... De Caseta de Tose.

---

12 FRANCISCVS BRVGNARA Patau. AVGVSTINO fratri Doctori de se optimè merito, sibi & posteris. F.F.
M.DC.IV. Anno Salutis humanæ sexto Calendas Septemb.

---

13 Sepulchrum istud Ghirardus Zannadius filijs defunctis sibi suisq; posteris faciendum curauit
An. Domini M.DC.XXVI. Die Jouis XXII. M. Decembris.

---

14 Gaspar Britti Melchioris F. N. R. sibi, & Vxori viuentibus penes ossa Petri Antonij Britti patrui præparauit
Anno Salutis M. DC. XVIII.

---

15 MAGDALENÆ LAZARÆ Vxori dulciss. & sibi Iacobus Marostica Iuriscõsultus impatiẽtissimè dolens P.H.M.H.N.S.
Ann. Sal. hum. M.D.XLVIIII.

---

16 Sorori ANG. DE DOCTIS q. Clariss. Anton. Eq. Monasterium hoc hæres institutum, vt ex parte singulis diebus Missæ apud aram B. Virginis celebrentur, mausoleum dicauit.
Obijt autem vltimo Junij M. DC. XII.

---

17 F. DIONYSIO BOLLANO Ordinis Prędicatorum Theologo insigni viroq; optimo ideoq; à Sisto V. ad Agiensem Episcopatum euecto Cecilia Soror mœstiss. P. C.
Obijt Patauij XIV. Kal. Jun. M.DC. XIII.

---

18 Imperatrici Malfatæ Alouysij Vngarelli coniugi, quæ mo. huic Lodouicæ sororis intuitu pro Miss. Duc. XIII. annuo legauit Ant. Q. eorum filio
Die obijt XXIII. Sept. M. D. XI.
M. A. Campolongo commissario ex illius testamento F. C.

Vniuer-

19 Vniuersæ AGVGEORVM Familiæ Julij Hieronymiq; Fratres postremum diem quietis locus M. D. LXXXV.

20 Hic iacet puella Virg. Nuncupata. L..............anno ....Filiaq; ....Mi ..me..si ..tribus Suosq; dies anno Domini M. CCCC. LXXXVIII. Octobris quartaq; die.

21 Leynoræ Vergini Pud.....filiæ Cariss. Philippus Vrri Ciprius Patria sibi suisq; M. P. M. CCCC. LXXXVIII. II. Non. Junij.

22 Hic iacet Dominus..............
Rid. Schach..............
..chia XV. Febr.....
M. CCCCC. III.

ALOYSIO BENETELLO

23 Patauino summæ spei adolescenti morum probitate ingenij celeritate nulli posthabendo, pictoriq; supra ætatem egregio, cuius opera, nisi acerba atq; immatura opera intercessisset, cunctis alijs celebrioribus dubio procul æquiparanda forent, febre autumnali feruentiss. oppressus interijt Die Mercurij XXVII. Martij M. D. LV. ætatis suæ XXI. Ioan. Baptista Rota Patau. amicó incomparabili Anno M. D. LX.

24 *In Turri Sacra.*

Turrim hanc Sacram humilem priùs, & depressam erexerunt, Campanis instruxerunt, & ad fastigium perduxerunt Iustina Bradiola Abbatissa, & Veronica Leonia Priorissa Anno Dom. M. DC. VII. Marci Cornelij optimi Præsulis XXII. curante, & probante Vrsato Vrsato Prorectore.

AVCTOR PIGNORIVS.

D. AVGVSTINI.

Templo D. AVGVSTINI spatiosissimo Gerardus Rogerius, & Ioannes de Vadijs Patauini locum dedere, in quo à Communi Patauino ex mulctis ferè constructum duodecim ingentibus columnis exsurgit: structuram Episcopus indulsit hoc monumento.

1 IORDANVS Mutinensis Dei gratia Episcopus Paduanus ad instantiam, & postulationem Fr. Guidonis Prioris Fratrum Prædicatorum Paduæ, & Fr. Martini Prioris Fr. Prædicatorum Venetijs commorantium dedit eis primum lapidem benedictum pro construenda, & ædificanda Ecclesia Paduæ, ad honorem Dei, & B. Augustini Anno Domini M. CC. XXVII. Indict. XIV. Die V. Octobris. Notario Turpino q. Gnati filio.

Extructio Templi cum quatuor insignibus Communitatis
2 Paduæ in fronte Ecclesiæ.

Annis sexcentis bis, cor teneas sapientis,
Lustris transactis ter, denuo quinq; quod actis
Sumptus Vrbani Ciues dando Paduani
Hoc incœpere templum componere vere
Sextili mense, laudes ergo sibi densæ.

Anno Domini M.CC. LXXV. Indict. III. de mense August. Hoc opus incœpit fieri per Commune Paduę ad honorem Domini nostri Iesu Christi, Beatæ Mariæ Matris eiusdem, & Beatorum confessorum Augustini, Dominici, Io. Baptistæ, Ioan. Euangelistæ, Apostolorum Petri, & Pauli, Stephani, & Petri Martyris, & aliorum, quorum altaria sunt hic.

Supra liminare interiori ianuæ Eccl. ad claustrum.
3 *Cosecratio Templi olim posita in sacello D. Nicolai Episcopi, hodie sub organo.*

Beatus

Beatus Papa BENEDICTVS XI. Ord. Prædicatorum natione Taruisinus, hic ex Magisterio assumptus in Cardinalem Ostiensem, tunc hanc Ecclesiam Beati Augustini cum multis Coëpiscopis consecrauit Dominica ante Ascensionem Dñi. Anno M. CCC. III.

In majori sacello Carrariensium sepulcra, & primum

4 VBERTINI Ducis III. hac Inscriptione.

Solue genis lachrymas, tumulum qui conspicis istum,
Flensq́, suus, dicas, spiritus astra colit,
Nam fuit hic patriæ Dux, pax, Ius, spesq; salusq;
Hostibus hostis atrox, fidus amicus erat,
Quem generosa domus, plaustro signata rubenti,
Edidit insignem strenuitate virum.
Vbertine tuis Patauis spes quanta, salusq́
Decidit, heu, cum te mersit acerba dies?
Anno Domini M. CCC. XLV.
Die XXIX. Martij.

A sinistra IACOBI Minoris Ducis V. Elogium est

5 Francisci Petrarchæ.

Heu, magno domus arcta viro, sub marmore paruo.
Heu pater, hîc patriæ, spesq; salusq; iacent.
Quisquis ad hoc saxum conuertis lumina lector,
Publica damna legens, iunge preces lacrymis.
Illum flere nefas, sua quem super æthera virtus
Sustulit, humano si qua fides merito.
Flere grauem patriæ casum, fractamq; bonorum
Spem licet, & subitis ingemuisse malis.
Quem populo, patribus ducem Carraria nuper
Alma dedit Patauo, Mors inimica tulit.
Nullus amicitias coluit dulcedine tanta,
Cum foret horrendus hostibus ille suis.

Optimus

Optimus inquè bonis, semper studiosus amandis,
Nescius inuidiæ, conspicuusq; fide.
Ergo memor Iacobi speciosum credula nomen,
Nominibus raris insere posteritas.
Anno Domini M.CCC.L.
Die XIX. Decembris.

In medio Chori Altegradi Episcopi Vincentini.

6 Hic iacet Venerabilis in Christo Pr. Dominus
ALTEGRADVS CATHANEVS de Lendenaria,
& Doctor decretorum, & Episcopus Vicentinus,
qui feliciter de hoc Mundo migrauit
Prima die Octobris
M.CCC.XIV. Indictione XII.
Cuius Anima requiescat in pace. Amen.

De hac familia est fragmentum saxi ad fenestras superioris
7 *contignationis, vbi Dormitorium.*

Hic iacet Dominus PHILIPPVS
De CATHANEIS Lendenariæ.

Monumentum rubrum ArdiZoni, in quo hodie sepeliuntur
Sacræ Theologiæ Magistri Ordinis Prædicatorum.

8 Picigotorum proles, præco inclytus almi
Dominici splendor Patauum, atq; Vicarius idem
Ordinis hac docta iacet ARDIZONVS in æde.
Religionis erat, virtutum, & regula morum
Hæcq; suo iacuit geminis Prouincia lustris,
Tota sub Imperio bissenis mensibus atq;
Anno Domini M.CCCC.XX. Die III. Mensis Augusti.

A parte

9 A parte dextra maioris Aræ est sacellum SS. Apostolorum Petri, & Pauli, vbi sub Imagine militis armati iacet Io. Parisinus de Medijs Comitibus.

Armiger illecebras mundi transgressus inanes,
De Medio iacet hîc PARISINVS Conte Ioannes.
Annis mille duobus quadrigentis insita membris
Tum fuerat Deitas terna luce Decembris.

10 Post Aram sub Monachi imagine.

Moribus ornatum, præclarum nobilitate
Sensu dotatum, legum mentis probitate
Hic copertum nosce ROBERTVM de Gesualdo,
Ergo Deum, qui eum saluet, poscas rogitando.

Legitur in codice manuscripto ROBETVM.

In sacello S. Stephani.

11 Hæc est Sep. Nobil. Dominæ BVZZACHARINÆ, De BVZZACHARINIS Vxoris q. Nobil. Milit. Domini Gerardi de Nigris, & Nobil. Dominæ Honestæ eorum, quæ obijt M. CCC. LXXII. Die XXVI. Octob.

12 *In pariete.*

BERNARDO BVZZACHARINO adolescenti, humanioribus litteris, liberaliumq; artium studijs, ingenio admirabili; Prudentia, temperantia, cæterisq; animi dotibus admodum prædito, ac nulli suæ ætatis secundo, amica manu miserabiliter interempto, Ludouicus de Gagliardis, hoc amoris, & veræ amicitiæ testimonium posuit. Obijt An. Dom. M. D. XLI. Die VII. Martij natus annos XXVIII. Mense X. Dies XXIIII.

Hunc

Hunc Decanus Eccl. Patauinæ incius interfecit, & Geor-
13 gius Fabricius tumulo adscripsit hæc carmina
ex Schradero desumpta.

Dulce quod est alijs, & carum nomen amici,
Hor mihi tristæ causa necisq; fuit.
Nam qui crudeli miserum latus ense peregit
Incertos casus aspice, amicus erat.
Me dare nunc luctus socio, sociumq; fuisse
Auctorem mortis, magnus, vterq; dolus.

14 ALEXANDRO BVZZACHARINO Pathari Iurisconf. fil.
Ioannes Buzzacharinus Frater Pon. Cur.
Vixit Ann. LXIII. Mens. VI. Dies XII.
Obijt Pridie Idus Sept. M.D.LVIII.

15 *Sub Icone marmorea.*

SALION BVZZACARENO Brunori filio Loricatorum Equitum ductori, præter antiquiss. & nobiliss. stemmatis decora proprijs virtutibus in adolescentia à clarissimorum Imperatorum certam æmulationem insigni post laudatissimam operam nauatam Ser. Reipub. Venetæ patriæ decorato; sub Alpino tumultu, & bello Liburnico, vigilijs repetitis, & laboribus nunquam detrectatis immaturè confecto. Ciuitas Patauina omnium ordinum consensu civi forti posuit.

Anno Domini M.DC.XXVIII. Mense Februarij.

In sacello S. Stephani prope sacrarium.

16 Sepulcrum hoc de BVZZACARINIS vetustate colapsum instauratum fuit à Pataro Buzzacareno Equite Ioan. Andrea Sperono ob mortem Alidutij Buzzacareni.

Ann. D. M.DC.XX. Mense Nouembris.

In fo-

17 *In foribus Sacrarij.*

FRANCISCVS VICOAGGERIS
HVIVS OPERIS CONDITOR.

18 *Ante Altare Sancti Thomæ Apostoli in ipso Sacrario.*

FRANCISCVS VICOAGGERIS, Ant. fil. Ciuis Patauinus
Sibi, & suis omnibus viuens F. Ann. Salut.
M. CCCC. LXXXVI. Kal. Maij.

BERNARDO COMITI SANCTI BONIFACII
19 Viro Chariss. Liuia Passara Genua Vxor,
Quatuor collachrymantibus filijs, mœstiss. pos.
Obijt V. Kal. Sept. Ann. M.D. LVII.

Prope fores Turris sacræ.

20 M.CCC. LX. Septimo Julij. obijt
MARTINVS CANIS de CANIBVS de Padua.

21 BALTHAZAR CARDVCIVS
Florentinus in Patauina Academia Pontif. mox Cæsarei Iuris
antesignanus, Ludouicæ Vxori benemeritæ pos. M. D. XIX.

22 *Sepul. IOAN. MARCHANOVÆ humi à parte Orientali in sacello templi ad imitationem Antiquorum refert Scardeonius.*

Supra ianuam Turris sacræ.

23 ANT. QVÆRENGO, Vtr. Pontif. Sign. Referendario
Pauli V. Greg. XV. Vrb. VIII. Prælato domestico
Sacri Coll. à Secretis post Card. Antonianum,
& Can. Pat.
Cuius merita
Eloquentis, ac eruditæ sapientiæ, probitatis, iudicij,

E Roma

Roma prædicat, ſcripta teſtantur.
Nominis Antonij digniſſimo
Ab Antonio, auunculo magno
Maximil. I. Imp. à Conſ. & Tridenti Prætore
FLAVIVS QVÆRENGVS Poiaghi Comes,
Pauli, Greg. Vrb. intimus Cubicularius, & Can. Pat.
fratris F.
Patruo de ſe optimè merito
P. C.
Vixit ann. LXXXVII. Obijt Romæ an. Sal. M. D. CXXXIII.

---

24 *Humi verò ſepulchrum.*
ELISABETHÆ OTHELLIÆ.
Ant. Quærengus
Vtr. Pontif. Sign. Ref. & Canonicus Patauinus
Matri optimæ ſibiq; & Poſteris
Flauius Quærengus Poiaghi Comes,
& Can. Pat. fratris F.
Antonij Patrui decreto P.
Anno M. DC. XXXVIII.

---

25 FLORINÆ GENTIS REQVIES
Petri Floreni I.V.C. prouidentia An. Domini M. DC. XXII.

---

26 D. O. M.
Hic condita ſunt oſſa IACOBI à GADIO, qui viuens hunc locum ſibi, & Poſteris vſq; in eſtremum iudicijs diem elegit.
Obijt Anno Domini M. DC. VIII. Menſe Aprilis.

---

27 IOANNI DOMINICO & LVCINÆ parentibus, Sebaſtiano, Iacobo, & Petro Fratribus, Vincentius Taxellus Ciu. Pat. ſibi ex ſuis hunc ad Reſurrectionis diem, Quietis locum viuens poſuit Anno Domini M. D. LXXV.

Hic

28 Hic iacet Frater BENEDICTVS Ord. Præd. filius quondam Domini Iohannis de Buranis de Padua.
Qui obijt M. CCC. LXXXX. Die XXX. Mens. Augusti.

29 M. CCC. XXI. Hoc Opus fecit fieri Floriamons filius quondam D. Iohannis de Buranis de contrata Carmelitarum.

30 *Ad Aram Deiparæ.*

Nautæ D. Ioan. à Nauibus hoc Altare Deo, & D. D. Ioan. Bapt. & Nicolao, erexerunt, MM. Touero, S. S. Q. omnibus, Collatis Pec. Pos. M. D. LIV.

Gardesano Gastaldione Ant. Græco, & Io. Bertholino Massarijs. Francisco Coracina, & Vincentio Groto Syndicis.

31 Studiosis ac bonæ Indolis Juuenis IVLII fil. D. Marci
De BARBOBVS, & Dñę Vrsinæ Cortarodulæ ossa
In hac Vrna, in Æternam Noctem clauduntur
Nati Ann. XIV. Dies X.
Defuncti, Deoquè iuncti Die nono Mens. Martij M. D. XLVI.
Si perijt Corpus, fama superstes erit.

32 Hic iacet Reuerendiss. in Christo P. & Dñs Dñs BARTHOLOMÆVS de PRAZVRIS de Vrbe, Dei gratia Archiepiscopus Patracensis, Ordinis fratrum Prædicatorum, Qui obijt
Anno Dñi M. CCC. LXV. Die IX. Mensis Augusti.
Cujus Anima requiescat in pace, Amen.

33 *Hoc opus instituit CHECVS ipse Leonius heros,*
Vt sua busta locet, tegat, & proba busta suorum

34 *Clauditur his tenebris CHECVS, olim Phæbus Olympi,*
Et sua Mens regnat radijs opulenta per aulas.
Qui obijt Ann. Domini M. CCC. LXXX.

35 IACOBVS de MANDVCA VILLANIS Sperandeus Adolescens Francisci fil. immatura morte præreptus Hic iacet, non sine lacrymis Parentum. Æt. suæ Ann. XII. M. D. LVII. Mense Sept.

36 *Vt Catherina Dei es Paradisi sponsa Datoris*
Sic P A R A D I S O R V M *contueare genus*.

37 A L O V I S E CV. & L V C I A sua Consorte, & non altri.

Prope Aram B. Virginis in lapidea tabula.

38 *Strenuus hic Miles mores indutus heriles,*
Armis militiam decorans, virtute sophiam,
Cui dat Cognomen, Carraria nobile Nomen
Compulsus Parca, Nicolaus in hac iacet arca.
Mille trecentenis quatuor, quater quoquè denis,
Adhunc Mors venis; Octobris vnde vigenis.

39 Hic iacet Nobilis Vir VGOLINVS de CARRARIA, q. Magnifici, & potentis Dñi Francisci Senioris de Carraria. Obijt autem anno 1389. Idibus Jun.

40 M. CCCC. V. Die Iouis VI. Augusti, fuit hic sepultum Corpus egregiæ, & generosæ Dñæ D. VRSVLÆ CONTARENO Vxoris quondam spectabilis, & egregij Viri PETRI de CARRARIA, cujus anima in pace quiescat

41 ....
Vita mori voluit, & in hoc tumulo requieuit
Morsq; vita fuit, nostram victrix aboleuit,

Namq;

Namq; confregit Inferna, sibiq; subegit
Ducendoq; suos, cuius Dux ipse cohortis
Atq; Triumphator, hinc surgit Leo fortis
Tartarus inde gemit, & hostis lugens spoliatur.

---

42 ZACHI CYPRI REGIS
CERLOTA F.
H. S. E. P. T.
ANN. SVÆ ÆTAT. XII. M. III.
M. CCCC. LXXX.
XXIV. IVLII.

---

43 MARIETA MATER
QVONDAM IACOBI
CYPRI REGIS
VIVENS SIBI FECIT
M. CCCC. LXXXIII.
DE MENSE SEPT.
OBIIT AVTEM M. D. III. DIE XII. APRIL.

---

44 CIRILLA CAMPILONGA, Matrona pudiciss.
Lucæ Leonio Marito Opt. & Lud. Gaiardo, tanquam
filio, mortuis, sibiq; & Hieronymæ sorori
Lud. Vx. eiusq; Fil. viuentibus, atq; posteris V. Fecit.
Mense Decemb. M. D. L.

---

45 *Ante Sacrarium tertius Tumulus.*

IOANNIS, & GASPARINÆ parentum, ac Lucietæ sororis honestiori hoc loco reponi curauit sibiq; & suis domicilium posuit Ioan. Maria Regia Ann. M. DC. XXIX. Die XXIV. Januarij.

---

46 Condita huic tumulo ADRIANA Pudicaque Virgo
Dum partum ederet, spiritum effudisse fatemur,
cum ejus filia Margarita
M. D. XXX.

Sub Organo.

Hic Situs est HECTOR BEMBVS, qui præcipuis Militiæ ordinibus, honoribusq; Reip. Venet. terrestribus, & maritimis arcibus custodiæ suæ commissis, suam LXVII. annorum fidem, & integritatem Principi probauit, ac tandem Patauij in ipso munere diem clausit An. M. DC. XL. die XVI. Mensis Martij Æt. suæ ann. LXXXIII. Laurentius Bembus Parenti, sibi, & suis.

Ibidem.

48 EVANGELISTA HABRIANO Philosopho ac Medico Patri Iacobo quoq; patruo, ac Habriano fratri, Petrus ac Melchior de Habrianis fratres eorumq; hæredes in nouissimum diem posuere.

D. O. M.

49 OSSA FRANCISCI TOSETTO
Anno M. DC. XIX. adi XIV. Giugno.

D. O. M.

50 DANIEL de SANCTASOPHIA Ciuis Nob. tum prudentia, tum grauitate insignis. Hunc Sarcophagũ sibi P.Q.S.F.C.
Obijt An. S. M. CCCC. LXVII. IX. Kal. Febr.

51 ANGELÆ de LEONE Rainaldus Papafaba filius pientissimus fieri curauit Anno Dñi M.D.LII.

52 *Illa ego Musato, coniunx copulata marito,*
Zenario quondam sanguine creta fui.
At nunc marmoreo claudor Margarita sepulcro
Vrna breuis corpus, mens tamen astra tenet.
Anno Domini M. CCCC. LXXVII.

BAR.

53 BAR. BARBO B.
& suorum sepul.

54 ALVISIVS Bononia Nobilis Patauus
sibi, & suis M. D. X.

PAVLI RHAMVSII I.C.

55 *Scriba Ducis Venetum patri hunc Baptista Ioannes*
Paulo è Rhamnusia prole dedit tumulum.
Iurisconsultus fuit is, Phœbiq; sacerdos
Mersit, & Aonio sæpius ora lacu.
Verùm dum Venetum iustißima regna pererrat,
Ius dicens, magna non sine laude perit.
Ipse quod es lector, fuit is: sed tu quoq; fies
Quod fuit; hoc melior sors sua, sorte tua.

56 Hęc est sepultura honorabilis Viri ANTONII BIVILAQVA Veneti Capitanei ad Portam S. Ioannis. Obijt die 6. Nouemb. M. CCCC. LXXI.

57 *In nouo sacello Rosarij.*

Sacellum hoc D. O. M. Beatissimæ Virgini, ac Diuis Dominico, Vincentio, & Petro Martiri, Nob. Vir Antonius Pucciuianus anno M. CCCC. LXI. suo sumptu constructum rite sacrum esse iusserat; Sacratissimi Rosarij Collegium loco impetrato ab Antonio Danso Pucciuianorum ex materno genere hærede in meliorem faciem opere, & cultu splendidiore, piorum plerisque enixè iuuantibus restituit.

58 Fraternitas Rosarij, pro suis defunctis fratribus, sepulcrum hoc posuit die 2. Januarij 1521.

Soro-

59 Sorores defunctæ Societatis Rosarij clauduntur hoc tumulo M. D. XXI.

In medio saxi rubri.

60 PETRO ZACCO Marito optimo, qui vixit annis septuaginta tribus. LVCRETIA de Sancto Vito, & sibi posterisque suis mœstissima P.

Obijt Decimo tertio Kal. Octobris M. DC. XXI.

61 PAVLA ANSELMA hic iacet anno ætatis suæ XLVIIII. Obijt verò M. DC. XLIV. Mense Jan. die XXI. hora XX.

62 D. O. M.

Ossa AVRELII AMMIGATII Bergomensis Ioannes Frater eius hic ponere facit. Obijt Kal. Martij. M. DC. XLIV.

63 IACOBVS ANTONIO vnico dilecto filio Io. Baptista ex Matre Saxius à Monaco ex Bauaria M. CCC. superuiuens Pater mœstissimus posuit.

Diem suum vltimum obijt anno M. DC. XXIX. XII. Cal. Nouem Annorũ suorum XVIII. Mensium IV. dierumq; integr. pariter quatuor diuino decreto

Noluit in terris hunc ducere longius æuum
Quem cælo dignum fecerat ipse Deus.

64 *In pariete prope sacellum Rosarij.*

VINCENTIO MORSO Patriæ Panormitano Græcis, Hebraicis, humanisq; literis ornato, animi integrit. & fortitudo Præt. Petrus Giordinus frater, maximi erga eum amoris munus supremum. P. Vixit ann. XXVIII. Mens. V. obijt Patauij. Ann. M. DC. IX. nono Kal. Oct.

Eidem

Eidem.

Dum te Vincenti conatur vincere seua
Mors à te inuito, vita repente manet
Mordere, atq; tuum tentat dum perfida nomen
Inuidia æternum morte remorsa iacet.
Sic vitæ inuidiæ morte quoq; mortis olympo.
Præmia Vincenti dat tibi morte Deus.

P. Æ. CM.

Ingenij tui si pingi potuisset imago.
Conspicerent oculi pulchrius esse nihil.

---

65 M. CC. LXXXIII. XIV. Octobris
Iacent hic ossa D. MATTHÆI de Angielini dursis de Bononia.

Prope Aram S. Antonini.

66 D. O. M.
CONSILVORVM Familiæ sepulcrum M. D. XV.

In sacello S. Hiacinthi.

67 DECIO TRIDENTO & posteris
M. D. LXXXVIII.

---

68 HECTORI ODDO Patritio Pat. Phil. ac Medico præclar. fil. coniugi, ac Patri benemerent. Oddus de Oddis parenti, Pulissena Iudaica Vxor, & hæres octo superstites mœstiss. sibi ipsi post. ac hær. suis P. C. vix. Ann. XXIX. M. IV. D. VIII.
Obijt Anno Do. M. DC. VIII. vlt. Aug.

---

69 Frigida hic quiescunt ossa CATHARINÆ REGIÆ Tonolinæ, anima Cœlum tenet. Obijt An. Sal. M. DC. XLIII. Die XIII. Nouemb. Ætatis vero suæ XLVI.

70 *Ante Aram S. Hiacinthi.*

ANTONIVS & DOMINICVS fratres de Venturinis Baptistę filij ac Nepoti carissimo prædefuncto ipsis, & posteris vsq; in nouissimum diem, corporibus requiem sepulcrum hoc P. Obijt Anno Domini M. D. LXXVII. Mense Augusti.

71 *Ante sacellum Santissimi N. Iesus.*

BARBARÆ BREMBATÆ Nob. Bergomensis Ægidij Cumani Nob. Patau. coniugis ossa hic manent, Anno Domini M. D. LXXXVI.

72 *Prope Aram Natiuitatis.*

Iacet hic de BVZZACARINIS, cui patria Padua Gloria probitas .... Ciuilis nomen IOANNIS erat Flaminia Vxor Angelica filia Viro Patri charíss. sibiq; posteritati monumentũ hoc P. C. Obijt ille ann. Sal. M. DC. XXIII. Æt: LXVIII.

73 Hic iacet Dña MAGDALENA Vxor quondam Dñi Ludouici de Radicibus Die 3. Jan. Ann. 1467.

74 LEONARDI SALVATRONDÆ, Beneuenutæ Vxoris, ac fil. Io. Baptistæ ossa, hic iacent; Hos inde comitati Hieronymus Francisci fil. Nob. Merc. Art. Lan. Ventura frater. Iur. Cons. acutiss. & in agendis causis fide, præstantia, atq; probitate nemini secundus, ac Helisabeth, eorum Mater, Quos omnes, Infelix pater, & Maritus, monumento hoc ab ipso instaurato, voluit honestari.

Anno Domini M. D. LX.

75 Sepulcrum HIERONYMI Zafanini, & suorum hæredum Die XXX. Mensis Octob. anno M. D. VIII.

S. Ma-

76 S. Magistri IOANNIS Magnoni Pistoris Claræq; Vxoris, & filij M. D. XI. XI. Febr. Fr. Gabriel P. Ord. P. Commissarius F. procurauit.

77 *Ante sacellum Rosarij in pariete.*

IOAN. BAPT. AVRILLIACO adolescenti lætissimo nato in Gallia transalpina Patre viro clariss. & Gratianopoli Senatus Principe, qui Patauij quo studiorum Causa venerat, morte acerbiss. præreptus, magnum mœrorem suis attulit, Clementia Caile Mater Filio charissimo ponendum curauit.

Anno M. D. XXXVI. Die XIX. Aprilis

Obijt Anno M. D. XXXI. Kal Sept.

78 NICOLAO ANT. CORSIO, amici pientissimi pos.

Messana in siculis, sapientia, Mors, Patauumq;

Me genuit, pepulit. Corripuit, tenet hæc.

Obijt Ætat. suæ ann. XIX. III. Idus Martij M. D. LXI.

79 DANIEL A LIGNAMINE.

80 FRANCISCVS A LIGNAMINE Iure Cons. omni munere publico functus, ac Iulia coniux, summo qui cum amore vixere, vita soluta, pariter quiescunt, ex ineuitabili naturę edicto.

M. D. IV. Die XX. Febr.

81 VIRGINIA BRVNELLA Gabrieli Campolongo Ciui Pat. Marito opt. & Campolongo fil. vnico, immatura morte, Patrię & amicis prærepto, lugens pos. & sibi.

Ann. M. D. LIX. Mense Augusti.

82 LVDOVICO CAPRENSIO, Cognomento TOSETO, Viro acuo, & perfaceto, & in Philosophiæ Medicinæq; studijs

ita excellenti, vt in earum professione Ferrariæ, Patauijq; primas diù obtinuerit, sui P. Vixit Annos LXXVI.
Obijt Anno Dñi M. D.XXXIX. Die XI. Augusti.

---

83 M. CCCC. V. Die V. Mensis Septembris obijt Nobilis Vir PETRVS de CASALI, cuius pars vilior hic est, pars melior Cœlis, æterna pace, locata est.

---

84 Ad Altare S. Thomæ.

Hanc Capellam construi, & Altare dotare fecit Nob. Vir MARSILIVS DE CARRARIA ad honorem S. Thomæ Confess. & Doct. Ord. Præd. Tempore Prioratus Fr. Iacobi de Ponte Coruo Anno M CCC. XXXIX.

---

85 MARCVS MAZZONIS Mariæ cariss. Vxori sibi omnibusq; suis An. Dom. M. DC. VII. XXII. Men. Octob.

---

86 *Scorpiger ista tuos BONIFATI Nobilis vrna*
Rubre, ac hæredum est Cineres latura tuorum.
M. CCCC. XX.

---

87 D. O. M.

Sepulcrū Domini EVSEBII Vergelensis pro se, & hæredibus Vixit annos LX. die XXII. Decemb. M. D. XXVIII.

---

88 Sacrum ABRIANO clariss. Equiti, atq; insigni Comiti, Mutius frater pientiss. sibi, ac posteris Ann. Sal. M. D. I.

---

89 PASQVALINVS Campse Annæ Kariss. Coniugi, & sibi XI. Kal. Mart. M. D. LII.

---

90 ADRIANÆ fil. dulciss. immatura Morte functæ, Andreas Minius Pater Ciuis Venet. V.F.F. An. Sal. M.CCCC.LXXVII.

ASCA-

91 ASCANIO SOZINO Senensi summæ spei, ingenijq; amabilis puero longe plusquam illa ætas postulabat in primis iam bonarum artium studijs erudito, qui vixit annos XII. Menses VI. D.X. Marianus Iunior Patauij Ciuilis Iuris, Priore loco interpres, & Camilla parentes mœstiss. filio dulciss. P.C.

M.D.XXXVIIII. Sept. Id. Apr.

92 *In sacello S. Crucis.*

ANGELÆ ZABARELLÆ Equitis fil. Matronæ lectissimæ pudicitia, ac prole insigni, Hieronymus frater Eccl Patauinæ Canonicus sorori cariss. Ioannes à Sancta Iuliana filius Matri dulcissimæ, mœstissimi posuere Vixit An. LIII. Obijt An. Sal. Hum. M. DC. I. XV. Kal Aug.

93 *Prope Aram Angeli Custodis.*

H.R. PIETRO & GIOVANNI Chiarij come pietosi à precessori, à se stessi, & à successori ancora hanno di nouo restaurato, & aggrandito questo monumento.

Die XVIII. April. An. M. DC.XIV.

94 LVCRETIÆ filiæ Kariss. quæ vixit annos IV. . . . . VIII. Nicolaus Priolus Patauij Prętor puellæ dulci memoriæ requietorium pos.

95 HODIE MIHI, & CRAS TIBI.

96 *In Columna Templi tabella picta voti causa posita.*

Cũ Ciuitas Patauina An. M. D. LV. Epidimiæ morbo laboraret Fratres quoq; D. AVGVSTINI VIII. Idus. Sext. ea suspicione intra sui Monasterij penetralia pub. Edicto conclusi, benignitate diuina per intercess. B. Mariæ semper Virginis, & DD. Petri

Petri Martyris, & Rocchi confessoris incolumes omnes præter vnum, quem dira lues præripuit, euaserunt. Libertate igitur salutis donati XI. Cal. Septembris

In tantæ rei memoriam, & tam diuini beneficij recordationem hanc tabellam vnanimi voto ad pedes Crucifixi Sacratissimi perpetuò spectandam P. C.

Priore Mag. Guido Antonio Cæsarino.

---

97 IACOBO BELI pietiss. & Zanerę eius Vx. Mulieri gratę, Amicis benemerent. & Marietæ Marcanoua Virgini Fil. dulciss. Ludouicus Marcanoua sibi, & suis omnibus V. F. M. CCCC. LXXI.

---

98 M. CCCC. LXIV. honorabilis Viri FRANCISCI BVSENELLO, & suorum hæredum.

---

99 Deo Restau. HELYSABETH Matronarum Decus, quæ præcipiti est fato subrepta, Suauiss. coniugi Joanni Francisc. Pasqualico pudiciss. hic Corpus ægra reliquit, sub Natali Iesu Christi M. post CCCC. supra vnum, & LXX. Ann. III. Kal. Augusti.

---

100 D. O. M.

Sepulcrum Domus CLARIÆ instauratum M. D. LV.

---

101 ANGELO Baptaleæ patri amantiss. Viro opt. & Agneti Matri cariss. ac Io: Angelo filio dulciss. præmortuis, & in hunc locum translatis Ioannes Iuris Doct. maximo cum mœrore pos. Vix Ann. LXIII. Obijt Ann. M. D. LVIII. Quarto Idus Maias.

---

102 Hic iacet Nobilis Vir ANTONIVS de Purciuijanis, Qui obijt die XIII. Frbruarij M. CCCC. LXIII.

Hic

Hic erexit Altare S. Vincentij, & sub eius insignibus legitur.
M.CCCC. LXII. Die XVII. Augusti.

ELOGIVM CLARISS. MEDICI VINCENTII MVSCHETÆ

Clarus Apollinea Vincentius arte sepultus
Ad Stygias miserum Pharica traxit aquas.
Inuidit superis furuæ Deus arbiter aulæ,
Humani generis, proh mala conditio.
Hic aram Natiuitatis Domini dotauit. Obijt An. M. D. XXIX.

---

104 NICOLAVS CATARVS vir opt. & in amicos officiosiss. rei bellicæ ita peritus, vt exemplum desijt, & in Venetam Rempub. adeo fidelis, vt parem fortassis, aliquem verò superiorem habuerit neminen. Is Veneto Senatui, sub cuius imperio per XL. annos militauit, adeò charus, vt nec pace, nec bello ab expeditione vnquam vacuus fuerit, & vbi maius periculum instaret, ibi fuit præsidio, cum summis militaribus honoribus defunctus est. Obijt à Christi Natiuitate M. D. XL. Ætatis autem suæ LXXVII. Brixiæ Oppido huius cineres ab Antonio filio Jureconsf. relatæ.

---

105 GEORGIVS FRIGIMELICA Iacobo parenti opt.
Franc. Medico Clariss. Ant. & Petro Mar. fratrib.
Sibi, S. Q. omnibus pos.
Ann. M.D. LIX. Mense April.

---

106 *Ad hoc sepulcrum extat alterum, in quo ossa PETRI Aponensis Medici Cl. conduntur absq; Inscriptione.*

---

107 *Olim sub icone Frigimelici supra fores legebatur*
Fr. Desiderij Lignaminei Inscriptio.

FRANC. FRIGIMELICA Iac. fil. Philosophus, ac Medicus sua tempestate Clarissimus, Patauij ornatiss. stipendio Medi-

cinam

cinam diù publicè professus, & à Julio III. Pontif. Max. ad valetudinis opem accitus, deniq; in patriam reuersus Octauo, & LX. suæ Æt. Anno Naturæ concessit III. Idus Maij.

M. D LVIII.

108 ALBERTI VTIN. Pont. ossa hic iacent.
Reliqua à Morte præcipuus Christianæ religionis cultus, omnium scientiarum, & eloquentiæ celeberrima toto orbe monumenta, vindicant Vix. An. LVI. M. D. XLIII.

109 *Ante Aram Annunciationis B. Virginis.*
Sepulcrũ hoc mandato Perillustris D. FRANCISCO CANDI q. D. Antonij sibi, & hæredibus, successoribusq; suis vsq; ad nouissimum diem Ann. Dñi M. DC. XLVI.

110 Sepulcrum hoc FRANCISCO BARBAROSSÆ viro, prudenti in scientia nitri Ser. S.V. chara in hoc olympio Nicol. vnicus filius Pat. dicauit Vix. an. LXIII. obijt An. M. D. LXXX. Die Junij.

111 ANTONIVS & PETRVS Fratres de Bacchis Pat. & hæred. M.D.LXXXIII.

112 *FORTVNIVS LICETVS Genuensis in Gymn. Pat. supremæ Cathedræ Theoricæ Medicæ Interpres filio defuncto hoc destinauit monumentum, cui alterum sibi viuens addidit.*

D. O. M.

IVL. CALAM. IO. FEDERICO LICETO
Equiti Ie. Chr. & Com. Pal.
Philosophiæ Candidato
Mentis acie, animiq; celsitudine
mire conspicuo:

Vitæ

Vitæ puritate, morum ſuauitate,
Formæq; venuſtate
Cunctis dilecto:
In adoleſcentiæ flore vi malignæ febris
Extincto
V. Cal. Nouembr. M.DC. XLII.
FORTVNIVS, & IVLIA
Parentes mœſtiſſimi
Optimo filio PP.
Vixit Annos XIV. Menſes III. Dies VII.

---

113 FORTVNII LICETI
MONVMENTVM:
Mortales
Ita viuite
Vt Mens ſit in Sepulcro
Dum Corpus extra tumulum.
Nam huc lato cadauere
Cœlum aſcendet Anima.
Hoc eſt ſolidum ſapere.

---

114 Extra templum à parte Septentrionali in
Arca marmorea.
Carne Caminenſis, quam ſtrauit Mors ADELEITA,
De ſuperis menſis meretur viuere læta.
Stirpe fide, vita, pia fæmina claruit iſta,
Nunc iacet attrita, quam claudit ſaxea Ciſta.
M. CC. LXXX.
Indictione VIII. Die VII.
Exeunte Septembri.

Ibidem in Arca ſublimi ſaxi rubri.
115 N I C O L A I M A L V M B R Æ.
Edite Nobilibus celſa NICOLAE Malumbris
Vrbe Cremonenſis, ſolers vtriuſq; profeſſor

Iuris, causidicûm doctissime, strenue fautor
Iustitiæ, viuas oro per secula felix.

116 *A parte sinistra Ianuæ Templi in parte Aquilonari humi in tumulo marmoreo.*

Hic corpore sepultus iacet q. Domini ÆGIDII de DINO filius nomine Dominus Dinus officio Iudex, cujus anima M. CC. LXXXIV. indictione XII. XV. intrante Januario sui corporis nexu soluta luteo, de præsentis vitæ miseria cœli locatur horreo pro suorum operum mercede condigna.

117 *Iusta habetur alius tumulus in superiori parte duobus ex locis ita inscriptus.*

Sepultura illorum de MALICIIS.

118 *Est hic pariter arca D. ALBERTINI de Lazaris sine titulo, qui obijt 1285. ex archiuis Cœnobij, in qua Iacobus eius filius testamento condi voluit 1309. vbi etiam Agnesina de Malicia Vxor posita.*

119 *In eodem Cœmiterio ab Oriente sepulcrum.*

M. CC. LXXXIII. XIV. Octobris
Hic est MATTHÆVS de Angellini de Vrsis de Lonia.

120 *Extra sacellum Crucifixi humi.*

Hic iacet Dominus ANTONIVS de cepto.

121 *Ad portam Meridionalem humi.*

M. CCCC. V. Hoc est Sepulcrum Magistri ANTONII MASTELLARIO de burgo Sancti Ioannis, & suorũ hæredum.

122 *Ibidem in pariete Templi Horologium solare his literis:*

TEMPVS NOCET.

Non

Non longe ab Horologio in eodem Cœmiterio ſepulcrum ſaxi rubri.

Hoc eſt ſepulcrum Nobilium Virorum de REPRANDIS de Maroſtica.

---

123 *Propè alterum Sepulcrum.*

Hoc eſt Sepulcrum Virorum,& Mulierum de REPRANDIS de Maroſtica.

---

124 Hic iacent Dñi COMPAGNINVS, & IOANNES PANADA Iudex, & hæres.

---

125 *Sepulcrum iam collapſum, & fractum.*

Sepultura

IOANNIS SANGONACII.

---

126 Non longe in antiquo tumulo pulchro.

Stiria VVluinge Germania chara fuiſtis
Terra pater patria Mors me diuiſit ab iſtis.

---

127 Sepultura OTTONIS de Stubemberc Scholaris Theutonici.

Corde manu paruis large mellite ſuauis
Otto quieſce ſolo corpore, mente polo.

---

128 *Eſt marmoreus tumulus pulcherrimus abſq; literis, à quo non longe alterum ſepulcrum Leonardi Templi Architecti.*

Magiſter LEONARDVS MVRARIVS, Qui dicitur ROCALIIA.

129 *In pariete templi.*

Ann. Dñi M. CC. LXXIV. Indict. secunda Die VII. intrante Octob. Hic sepultus fuit D. BONVS D. ROLANDI Magnani de Bononia.

130 *Non longe alterum.*

VANNI olim Dñi IACOBI ANDREÆ de Florentia & Consortum.

131 M. CCC. LXXVIII. Indict. prima Sepultura IOHANNIS Nauterij quondam Ser Leonardi de Contrata S. Annæ, & suorum hæredum.

132 *Intra portam Horti Conuentus in pariete in paruo lapide.*

Hæc est Sepultura Dñi ANDREÆ A FERRO, qui fuit de Mantua, & suorum hæredum.

133 *Extra sacellum Maioris Aræ versus meridiem tumulus in hortis hodie ferè obliteratus.*

M. CCC. LXXXXIV. Octauo Januarij.

Hæc est Sepultura Nobilissimi Viri IOHANNIS de VELLO, filij Dñi Laurentij de Vello legum Doctoris, & hæredum descendentium.

134 INSCRIPTIONES

Sepulcrorum, quæ habentur in primo Claustro Monasterij Sancti Augustini.

Humi in sepulcro saxi rubri.

VLYXES PLEGAFETA

Iureconsultus sibi, & suis

M. D. X.

135 M.CCC.XXII. Nobilis Dña ALMENGARDA de FORZATE Vxor Nobilis Militis Domini Anſelmini de Anſelminis migrauit ad Chriſtum, & hic ſepulta fuit.

136 Ibidem ad parietem à parte Septentrionali ſepulcrum ſupra quatuor columnas cum ſtatua militis in prælium procurrentis hoc Epitaphio.

IOAN. TADI I.C.

Virginis à partu complerant feſta Luciæ
Luſtra ducenta nouem, ter, tria dena quater.
Cùm genitum Tado rapuit mors atra Ioannem,
A legum cathedris, militiæq; gradu.
Hic tenet oſſa ſilex, animam ſublimia Cœli,
Candida Letheæ fama repugnat aquæ.

137 S. Nobilis Militis Domini
IOHANNIS CALIZENE.

138 Hic iacet Dominus
IOHANNES DE FORZATE.

139 *Non longe in vrna marmorea ſublimi loco.*

Dominus IAMBONINVS de GAZO Cremonenſis, Doctor Pariſienſis ſcientiæ Medicinæ, eſt hic ſuperiùs, & ſui ſunt hic inferiùs.

Supra hoc Monumentum extat adhuc ſtatua fictilis ANTONII GALII Philoſophi & Medici, de quo in Athenis noſtris Patauinis.

140 *Humi ſepulcrum ſaxi rubri cum imagine Doctoris.*

IOANINO CORADINO Veneto optumo Viro, ac Phyſico Doctiſſimo, eiuſq; poſteris. Vixit Ann. XLIII. Obijt Ann. Chriſti M.CCCC.XVI. VII. K. Sept.

In hoc

141 *In hoc sepulcro condebantur qui Familiæ Quaranta otto, sed hodie extat monumentum prope S. Caroli.*

D. O. M.

MICHAELI QVARANTA OTTO Patauino Iur. Con. in Pat. Gymnasio Lect. Ordin. Fratri Am. Camillus Iuris Cons. & Eques sibi, & posteris P.

Vixit An. L. VII. Mens. IV.

Anno Dom. M. D. LXXXXVII.

---

142 *Iuxta est sepulcrum Castellanorum olim sine titulo, hodie restauratum.*

IOANNI CASTELLANO Abauo, qui obijt M.CCC. XXXIX. & aliorum maiorum suorum felici memoriæ Laurentius Doct. & M. Ant. Castellani gentilitium sepulcrum restauranere

M.D. LXXXXII.

---

143 *Non longè visitur sepulcrum Lanciloti, qui amicus fuit Cl. Vatis Franc. Petrarchæ, vt in Lib. VII. Epist. suarum. Epist. C. XIII.*

Hic iacet Nobilis, Strenuus Miles, Dñs LANCILOTVS de ANCHOSCIOLIS de Placentia. Qui obijt Anno à Nat. Domini Nostri Iesu Christi M. CCC. LXIV. prima Die Septembris, cuius anima requiescat in pace.

---

144 Sepultura TERENTII dicti TERENCELLI A Lignamine de Parma, & suorum hæredum.

---

145 *In pariete.*

IO. BAPTISTÆ PETROBELLO Pat. qui post multos militares honores summis laudibus ex periculis adeptos, & perfunctos ex præsidio Regni Cypri in Italiam rediens non longè à Lisso Dalmatiæ vrbe vitam finiuit de XVII. Sept. M.D.LVIII.

F. Marinus vnicus filius P.C.

In

146 *In eodem loco spectatur sepulcrum duabus Inscriptionibus hac antiqua prima.*

Hic iacet sapiens Vir Dominus SIMEON Iudex quondam
Domini Vgolini de Heste cum suis hæredibus
Qui obijt in M. CCC...... Indict. XII.

147 *Altera recens.*

SIMEONI ATESTINO, Iudici Progenitori suo, meritorum suorum non immemor Gaspar Atestinus Gabriellis instaurari iussit. M. D. XXVIII.

148 Sub Imagine Doctoris.

Hic tegitur legum Baricus Doctor Honorus,
De lingua Vaccæ, mente micante Polis.

Sepulcri alterijs literæ deletæ ob pedum contrictu sunt.

....

149 Questa Sepultura si è di Sier GIACOMO da BIBOLLA de Luluxana ditto TABACHO Nochiero, e de Donna Zoana soa Moiere, e de soi heredi 1429. Maij 19.

Iacobus Tabachus, & Ioanna eius Vxor multa beneficia contulerunt in hoc Cænobium An. 1422.
vt ex eiusdem Annalibus.

150 In ambitu Sepulcri è saxo rubro.

Filius ALBERTI PICEGOTA stirpe creatus
Dum.........................
Moribus, ac rebus, & multo dogmate plenus
Occidit......................
Bononiensis erat Guielmus Iure peritus.

In exe-

151 *In exedra ante Imaginem Crucifixi sepulcrum.*
Anno Domini M. CCC. LVII. Indictione X.
Die Mercurij XI. Octob.
Hic iacet NASCIMBENE, quondam Domini Machagnini de Grompo.

152 IACOBI GROMPI
Hic situs est Grompus raptus iuuenilibus annis
Quo fuit Euganea nullus in vrbe prior.
Moribus, ingenio, forma præstantior alter
Non erat; hostiles nunc rapuere manus.

153 *Extra exedram sepulcrum pene confractum.*
S. AZONIS filij quondam Domini Francisci de Sasolinis de Bononia legum Doctoris.

154 Hæc est Sepultura Domini DOMINICI Iudicis de Acopatis, & suorum hæredum, qui migrauit ad Dominum M.CC.XXXVII. Indict. V. die Dominico tertio Mensis Augusti, eius Anima requiescat in pace, Amen.

155 *Alterum cum Imagine Doctoris.*
Hic iacet Dominus ANDREAS de NOCTVLA de Baro.

156 In Tabula lapidea in pariete.
Quem Mediolanum genuit virtutibus altis
Artibus hic Doctor Parisiensis erat
De Lacurte satus STEPHANO probitate corusco
Strenuus in morum Lampade, peruigili.
Inferiore loco generi FRANCISCE locum das
Debita cum solui Mors petet atra sibi.

Sedibus

Sedibus Elysijs proles vt tota locetur
Dominus lector supplex vocibus adde preces.
✠ *M.CCC. LXXVI. Die XVI. Februarij.* ✠

---

157 *In eadem tabula insculpti visuntur DD. Dominicus, & Thomas Aquinas, & in medio Francisci stemmata.*

Humi ad fores Nouitiorum.

158 Hic Er. L. M. ætn. in quo expectabit
CAROLVS ZENVS Vir opt. cum suis, Iudicij horam
XVII. Kl. Jan. M. D. LI.

---

159 Hoc est sepulcrum FEBI filij Nobilis Viri Matthæi de BVZZACHARINIS, qui migrauit de hac luce Ann. Dñi M. CCC. LXIX. Die Veneris Mensis Jun.

---

160 *Extra Claustrum subdio à parte Septentrionali duo Sepulcra pene confracta.*

M. CCCC. V. Die nono Julij.

Hic Corpus Venerabilis Viri Dñi Præsb. IACOBI, Rectoris olim Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Aggeris Sacci iacet sub hoc marmore.

---

161 Hic iacet Nobilis Vir NICOLA.........
..etri Dñi Pauli de Gracia..........
de Peruxio frater consc.............
Domini Cardinalis Peruxini, Qu....
.... CCC. LXXXVII.
Die XX........

---

162 *In Lauatorio Cœnobij ingens lapis cuius in ambitu legitur.*

Hic iacet Nobilis Vir STEPHANVS de Giernenich de

Almania Bassa, qui obijt An. D. M.CCC. LXXX. Die X. Mensis Septembris, cujus anima requiescat in pace. Amen.

---

163 *In extremo peristylio sub Imagine Crucifixi tria monumenta.*

M. CCC. LXXXIII. Die Lunæ Mensis Decembris.

Hæc est Sepultura IACOBI MVZAQVATRO Negociatoris, filij Domini Philippi de Cauolis de Monte silice, & suorum hæredum, requiescant in pace.

---

164 Sepulcrum FVLCI de CANDO L...... quondam Ser Ame de Cando de Padua, & suorum hæredum

M. CCCC. XXIV.

---

165 IOANNI BAPTISTÆ MAROSTICA, Iustinæq; coniugi dilectiss. ac liberis dicatum donec Deum in carne videbunt.

M. D. XXXVIII. Pridie Kal. Maij.

---

166 *Ibidem versus Orientem in tabula lapidea.*

M. CCCC. LXXIV. Die sexto Mensis Februarij.

Flore Iuuentutis poterat dum dextra moueri
Nobilitate probus meruit NICOLAVS haberi
De Doctis genitus, cuius pars vilior hic est
Pars melior Cœlis æterna pace locata est.

---

167 Hic iacet IACOBVS filius q. Bernardi GRIGI de Florentia, qui obijt anno Domini Millesimo CCC. LXIII. Die Veneris XIV. Julij, Cuius anima requiescat in pace.

---

168 M. CCC. LXIX. Die XII. Januarij,

Sepulcrum Viri Nobilis VBERTI DALESMANINIS filij olim Domini Marini Dalesmaninis.

Ann.

169 *Ibidem ad meridiem humi.*

Ann. D. M. CCC. XLVIII. Die XXVII. Julij.
Hic S. Nibilis Vir NICOLAVS ALTAMI de BRVNA Marchionatus Morauiæ Magister Cameræ Domini Ioannis Ducis Carinthiæ, & Comitis Thirolis, & Goritiæ, cuius anima requiescat in pace.

---

170 Sepultura SYMEONIS A STATVTIS, & suorum hæredum facta An. M. CCC. LVII. de Mense Julij.

---

171 Hoc in Sepulcro iacet MINVS MARCHESIVS de SONCINO, qui etiam pro Vx. filijs, Nepotibus, ac deniq; hæredibus hoc Monumentum pos.

Obijt anno Domini M.CCCCC.V.
Die XXIX. Nouemb.

---

172 Millesimo CCC. LXVII. Indict. IV. Die Sabbati XXIV. Januarij Sepultura Domini FRANCESCHINI quondam Domini Martini de Gecijs de Rauenna.

---

173 LVDOVICO SANDRO Orosiano Musarũ Alumno B.M.
Qui obijt VI. Id. Mart. M.D.I.
Rosa Vxor P. sibiq; & Post. V.P.

---

174 Anno Domini M. CCC. LXXI. Die XII. Junij.
Sepultura Nobilis Viri ANDREÆ de BARGATIA de Bononia, & Luchini filij sui, eiusq; hæredum.
Refecta An. Dom. M. CCCC. LXX.

---

175 Contemptor Vulgi,
Iesu, & Mariæ Matris semper memor,
Hic, nouissima Tuba excitandus,

Iacet IO. MARIVS TIRABVSCVS.
In cunctos (vt potuit) officiosus.
Obijt Ann. Domini M. D. LXI.
Multo senio, & laboribus confectus.
F. Desyderius Lignamineus Pat. amico
B. M. R. & Musarum Alum.
P.C.

---

176 *Sepulcrum antiquum in pariete.*
Hic iacet Dominus HENRICVS de RAVASINIS
Doctor Legum, & Domina Ingentina Vxor eius.

---

177 *In pariete tabula lapidea sub arca marmorea.*
ZILIOLI DE ROSOLINIS.
Indolis egregiæ Ziliolus de Rosolinis
Æuo qui longo viuere posset, erat.
Si probitas animi, morum, vel gloria fandi
Protegeret corpus, spes leuis interijt.
Dumq; sacras leges, ciuilia, iuraq; sudat,
Iam propium palmæ, Mors rapuit Iuuenem.
Corpus in hoc saxo concluditur, astra beatam
Accipiunt Animam, fama volat populo.
Qui legis hæc Iuuenis, ne fidas flore iuuentæ
Ante diem subito speratum Morte furente.
M. CCC. LXXII. Die XXIX. Martij.
Laudabiliter requieuit, Amen.

---

178 *Ibidem sepulcrum marmoreum antiquum*
sine inscriptione.
Sepulcrum Domini NICOLAI de VILLĀ
quondam Domini Vicini de contrata Domi.
Anno M. CCC. XIII.

Humi

179 *Humi sepulcrum cum imagine militis armati.*
Sepultura prudentis Viri Dñi ANTONII de VIGATVLO, & suorum hæredum.

180 *In pariete.*

MATTHÆI RONCALITRII.

Mirus Aristotiles superandus, & Galieni
Interpres Logicæ gloria victa iacet.
In cunctis Cathedræ Patauis decus iste Matthæus.
De Ronchalitro, Phæbus in Vrbe nitens.
Cum tribus assumptis volitabant mille trecenti,
In Maij nonis concidit Vrbis honos.

Schraderus legit *nonis concidit Orbis honos.*

181 M. CCC. LXXI. Die Vltima Septembris.
Hic iacet Nobilis Miles Dominus IOHANNES de MANFREDIS de Regio.

182 Hic sepultus iacet FRANCISCVS quondam Bartholomæi de RODA, Bergomensis. M. CCCC. LXXXIX.

183 Hoc Monumentum est HOTONELI CAMPSORIS, quondam Domini Nicolai, & suorum hæredum.

184 *Hic inferius iacet egregius Vir Dominus Ioannes Salarinus, qui tam D. Augustini, quàm S. Antonij Reuerendos Theologiæ studentes suos reliquit hæredes.*

Pientissimo IOHANNI SALARINO Prædicatorum, Minorumq; studium celeberrimum, hæres pos.

Clauduntur gelido Salarini membra sepulcro,
Virtus ætherei scandit ad Astra Poli.

Vt quondam excultæ dederat pia dona Mineruæ,
Sic alitur sacris, perfruiturq; bonis.
M. CCC. LXXXV. Die XXIX.
Nouembris.

---

185 *In sepulcro saxi rubri.*

Hæc est sepultura Dñi GVIDONIS de CARDINALIBVS de Pisauro, filiorum, & hæredum suorum.

---

186 In pariete sepulcrum antiquum è saxo rubro.

Iam requies spectata diù clarissima venit,
Ossaq; iam fessa terris sunt marmore pressa
Præclarus genere hic Vir Sanguinacius erat
Virtutibus plenus, & nomine BARTHOLOMÆVS,
Vixit in hoc Mundo, animoq; & corpore mundo.

---

187 *Humi, vbi nunc cernitur latericium cõditorium sine inscriptione, aliquando videbatur Cenotaphium cum literis.*

MVTIO ABRIANO Viro Chariss.
Hostili ferro, & ante diem rapto
Filioq; Marco dulciss.
Magdal. Vxor, &
Mater
Multis non sine lacrymis pos.
Vix. Ann. XXXVI.
Obijt à Christi Nat. Ann. M. D. XXXVI.

---

188 *In sepulcro pene confracto legitur.*

Sepultura Domini VIVIANI LONGI, & Magistri Antonij, Not. & Specia ...... eius Nepotis, de contrata S. Clementis suorumq; hæredum.

Obijt autem die XII. Junij Ann. M. CC. LXXXXII.

IOAN-

IOANNI HIERONYMO GRANDIS Pat.
189 Statuario eximio
Variaq; cælatura Auri, Argenti
Gemmarum, Ærisq; præstantissimo
Vincentius patruus ijsdem Artibus insignis,
In senectute superstes mœstiss. pos.
Hic situs est, fuso, qui semper præstitit ære,
Vincere qui potuit marmore Praxitelem.
Nomine Grandis erat, factis sed grandior ipsis,
Eois fama notus, & Hesperijs.
Vix. Ann. LII. Obijt Die XXIII. Mart. M. D. LX.

---

190 *In pariete inscriptum cernebatur Fr. Desiderij*
Lignaminei Elogium.

---

191 *In eius cubiculum supra Caminum.*
Fr. DESIDERIVS LIGNAMINEVS Patauinus,
vt igne lucetur Hyems F.C. M.D.LV.

---

192 *Aliæ inscriptiones, quæ habentur in fragmentis.*
Sepulcrum Nobilis Militis Domini
DANIELIS de NAVARIA.
Ann. Domini M. CCC. LXXXI.

---

193 NICOLAI PLEBEI.
Vt tibi viuenti Dominus tua crimina parcat,
Pro de Plebe roga Nicolao Iudice quondam.

---

194 *Sepulcrum confractum sub imagine Doctoris.*
PAVLI TITVLI.
De titulo Iudex iacet hoc sub marmore Paulus:
Iuris apex, Vrbis consiliumq; suæ.

Quem

Quem virtute virum nostro Deus extulit Orbe,
Præbuit at Cælo nunc meliore frui.
Obijt autem die 22. Mart. Anno 1325.

---

195 *Supra Bibliothecam nouiter constructam.*

FLAVIVS QVÆRENGVS Poiaghi Comes, Can. Pat. Pauli V. Greg. XV. Vrb. VIII. intimus Cubicularius, non moriens testamento, sed raro exemplo, adhuc viuens, & vigens obtulit, dicauit selectam suam, & nobilem Bibliothecam D. O. M & familiæ nostræ S. DOMINICI.

Quod munus substantia præclarum, circumstantia temporis extraordinarium, nos Patres Dominicani, pietate, & beneficentia pares, muneribusq; certantes, quotidiano, atq; perpetuo Missæ Sacrificio pro eius tàm viui, quàm defuncti salute, publico decreto libentissimè compensamus. Datum ex nostris sacris ædibus D. Augustini.

Die XXVIII. Mensis Augusti. An. M.DC.XXXIX.

IN ÆDICVLA S. PETRI MARTYRIS
in Cœmiterio Sancti Augustini.

196 *Ante gradus Aræ.*

M.CCCC.LV. Die VIII. Mens. Augusti
Sepultura FRANCISCI de RAIVIS ciuis Paduæ
de contrata S. Ioannis à Nauibus.

---

197 *In sublimi parte Aræ.*

D. PIETRO di BARTOLAMII Guardian
M.DC.XXV. restaurato.

S. NICO-

S. NICOLAI AD NAVEM.

In medio Ecclesiæ sepulcrum sine titulo, cui prope est alterum.

1 Hoc est sepulcrum Nobilis Viri Domini Fratris PETRI de CENTONIBVS de Parma filij q. Domini Martini, qui obijt in M. CCCC. XXXI. Die XXIV. Mensis Aprilis.

---

2 ANTONIVS TIBALDVS Patauinus hoc sepulcrum sibi, Vxori suæ Magdalenæ Dariæ, sororibus Bernardinæ, & Mariæ ipsius, atq; sororum descendentibus condidit M. D. XCVI.

---

3 *Hic humi iacet IACOBVS de CARRARIA miles strenuus, qui supra pontem S. Ædi proximum fuit capite plexus Anno D. M.CC.XL. ab inita Actiolini tyrannide tertio.*

IN HOSPITALE S. DANIELIS.

In vico S. Ioannis sepulcrum IOANNIS ABBATIS Archipresbiteri Patauini, cuius inscriptio hodie spectatur sub porticu in paruo lapide.

1 *Prudens, resplendens vir nobilitate IOANNES*
Cuius virtutes crescunt, vt fontibus omnes:
Iustitiæ rector, fatali lege coactus
Decessit, miseros, terrenos liquit, & actus.
Abbatis dictus fuit Archipresbyter Vrbis
Patauij cuius famam benè concinit orbis.
Hoc cenotaphium struxit Sancti Danielis
Expensis largus, persistens mente fidelis.
Hospitibus dignis domus hæc habitanda paratur
Quæ deuota Deo, Sancto Danieli dicatur.

IN AEDE S. PROSDOCIMI.

Monalium Sancti Benedicti.

Supra ostium Ecclesiæ cum stemmate nobilium de Lazara.

1 Ara sum. Deo sacroq; PROSDOCIMO dedicata.

In Ecclesia in pariete.

2 Diuæ SCHOLASTICÆ VIRGINI inclytæ ob sæpe probatam eius patrocinij virtutem D. Marcella Veneta hoc grati animi signum pro studio defert Anno Domini M. D. LXX.

3 Beatæ EVSTOCHIO PADVANÆ
Iesus Maria.

4 D. O. M.

Hoc in loco sunt LVCRETIA GRANA, & Adamas Coniuges Iacobi Palermi cum Laura eius sorore, pro quibus perpetuum semel in anno sacrificium reliquit huic Monasterio, & hoc sigillum positum est: Curante Leonida Grana Monacha eiusdem Monasterij An. D. M. DC. XXXII.

5 ALOYSIVS CITTADELLA sibi, & Prosdocimo Fratri
M. Pos. M. D. LXX.

6 FRANCISCVS COLORNO
M. DC. XXIII.

7 Orate Deum pro GASPARE BENAI Veneto.

8 ALOYSIO CARRERIO Nob. Pat. cui non tm̃. immatura mors vitæ abstulit quantum excellens, & prope diuinum ingenium gloriæ contulit, vt poemata eius cunctis probatissima laurea

rea Philoſophorũ Ann. XIX. nato exhibita triſte magnæ de ſe ſpei concitatæ deſiderium omnibus relictum teſtantur. Vixit An. XXIII. h. VI. eadem fuit illi dies vtriuſq; vitæ initium. Obijt XIII. Cal. Aug. H. XX. M. DC. VI.

---

9 PETRVS, & DOMINICVS fratres de Caſale Maiori ſibi, & poſteris M. D. LXXXV.

---

10 SANCTO BELLINO Fratri Matthæus, & Iacobus ſibi, & hæredibus P. M. DC. VI.

---

11 D. O. M.
Sepulcrum Domus CLARIÆ inſtauratum M. DC. V.

---

12 D. O. M.
Hic iacent corpora D. Monial. S. PROSD. de Padua An. Dñi M. D. LVIII. die IX. Menſis Nouembris.

---

13 ALOYSIO BAROCIO Nob. Ven. Canonico Pat. à Clem. VIII. Pontif. Max. Iaderenſi Archiepiſc. deſignato An. Domini M. D. LXXXXII. Ter. Non. Apr. Qui eiuſdem Anni ſex. Non. Maij ob. Patauij An. Æt. eius XXXXII. Vincent. Baroc. frater amantiſs. C. C. C.

---

14 D. O. M.
Hic in tempore morimur, vt in æternitate naſcamur IACOBVS GALLVS Rector Carrariæ Paulæ Matri optimæ, Iſabellæ ſorori cariſſimæ, & ſibi An. Sal. M. DC. XXVII.

---

15 P. B. M. D. LIII.

---

16 M. DC. XXI. oſſa CAMILLI FORTEZZA ciuis Patauini.

17 IOANNI pientissimo, qui adiacentem aram dote attributa . . . . Adrianæ sor. carissimæ illius coniugi Iustinæ. . . . .

18 FEDERICVS CORNELIVS Episcopus Pat. hanc Ædem in honorem D. PROSDOCIMI, & Altare maius consecrauit Marcella Veneta Abbatissa petēte M.D. LXXXIII. Die vltimo Mensis Maij.

D. BENEDICTI NOVELLI.

Templum hoc à priscis S. BENEDICTI Monachis extructum Anno M.CC.LXVII. VI. Martij à Ioanne Caccio Patauino Episc. fuit consecratum. Cœnobium verò iniuria bellorū in cōmendā redactū Eugenius IV. anno M.CCCC.XLI. Francisco à Lignamine Canonico Patauino assignauit, qui anno sequenti summa liberalitate Monachus Oliuetanis curam omnibus redditibus concessit.

Supra ostium templi exteriùs.

1 Non nisi purgatissimis cernitur mentibus summum.

In medio Chori.

2 PHILIP. VRSIN. August. F. Pietate, Religioneq; integerrim. D. Benedic. hanc Ædem sibiq; ac fratri requiem V. P.

In pariete sub Organo in paruo lapide.

3 M. D. XLIX. EN. IACOPINI. MVS. Iureconf. diuer. mu. func. os. cura IO. AN. sub hoc tum.

Nobi

4 Nobilis Miles BARTHOLOMÆVS de ZACCHIS
D. Franciscus eius filius M. CCC. I.

Hoc monumentum initio fuit extra mœnia in Porcilia in templum D. Antonij Peregrini. Ipso autem diruto huc translatum refert Scardeonius. *At hodie non extat, sed quæ sequuntur sub arca marmorra in pariete.*

---

5 Clariss. Equiti HIERONYMO ZACCHO obijt anno Domini M. D. XXVIII. Laurentius frater D. & Eques faciendum curauit.

Paulo inferius in eodem pariete.

6 Nob. Miles D. BARTHOLOMÆVS de ZACCHIS
In arca superiori versus Meridiem requiescit 1301. *indict* 13. *& Nob. Vir D. Franciscus eius filius in alia superiori arca versus Aquilonem requiescit, quorum infrapositum Monumentum suos continet descendentes.*

In pariete sub figura lapidea Episcopi quiescentis.

7 MARCO NIGRO Theologo, Pontificij, Cæsareiq; Iuris Consulto excellentissimo Auseriensi, Chersiq; Episcopo Religiosissimo ac pientissimo sacrum.
Anno Salutis M. CCCC. LXXXV. XIV. Cal. Aug.

---

8 SIGISMVNDI BRVNELLI.

Mœsta Sigismundum Brunellum hic condidit Vxor
Qui quondam sacri gloria iuris erat.
Quem Pataui Canones vigesima bruma docentem
Et stantem prima viderat in Cathedra

Τήνδε Σιγισμούντου Βρουνέλλου λάρνακα τεῦξε
Πατρὶτ᾽, ἰδ᾽ ὀψιγόνοις τοῦ δ᾽ ἅπασιν ἄλοχος.
Ὃς κανόνων πρώτῃ ἀναγνώσιος ἔμμορεν ἕδρῃ,
Δημοσίης, δὶς πλῆν εἰς ἐτέων δεκάδα.

Vixit annos XLI. Obijt Natiuitatis Domini M. D. XLIII.

IO. de

9 IO. de Sancto ALBERTO Ferrariensis, Patauinusq; ciuis sibi, & posteris benemerentibus.

10 VINCENTIO IASONIO Atabuinot sacrorum flam. Patauinorum pietas filij statuit, vixit annos L.

Supra sacellum S. Benedicti.

11 Ipsi est dicatum, cuius ære est erectum.

12 *Prope est sepultura Borromeorum sine titulo.*

In sacello viciniori.

13 D. ANTONIÆ de PONTE Matronæ nobili, ac probatissimæ sacrum. Decessit anno Christi M.CCCC.LXIX. Kal. Maias.

In sacello S. Francisca.

14 Optimæ spei iuueni VICTORII VENDRAMINO primo ætatis flore extincto parentes pientissimi faciendum curauere.

Prope ostium Templi.

15 NICOLAI CALZÆ Mausoleum
Obijt Calendis Nouembris M. CCCC. LXXX.

16 *Sepulcrum cum stemmate Lanzarota.*

17 *Ad Fornaces, & in pariete domorum prope Cœnobium.*

Has domus construi fecit clariss. Artium Doctor Dominus FRANC. PATAVVS Eugenij PP. IV. Cubicularius, egregijque ciuis S. Leonardi à Lignamine filius An. D. M.CCCC.XL. quo ab ipso Eugenio Sancti Benedicti Prior designatus est.

IN

IN AEDE D. BENEDICTI.

Sacrarum Virginum.

Supra Cænobij ostium.

1 Nobilis Domina Dña ANNA BVZZACHARENA de Buzzacharenis de Padua Dei gratia Abbatissa Monasteri Monalium Sancti Benedicti fecit fieri hoc opus M. CCC. LXVII. indict. VI. die Sabbati XXIX. Januarij.

---

2 IORDANI FORZATEI ABBATIS.

Tu Iordanus eras generosa ex stirpe creatus
Forzatea meritis, quem nostra tulere beatum
Sæcula: fecisti hæc duo templa sacri Benedicti
Rexistiq; Abbas, tuaq; istic ossa coluntur.
Obijt anno M. CC. XLVIII. VII. Idus Augusti.

Hodie non extat, sed ossibus in recentem aram ipsius nomini dicatam translatis hoc monumentum abscribitur.

B. IORDANVS. A.

Supra ostium sacrarij.

3 ANNÆ BVZZACHARINÆ.

Hoc tumulata iacet busto venerabilis Anna
Egregio Patharo sata milite Buzzacharino
Quæ fuit istius prudens, iustissima, solers
Abbatissa loci, peragendis docta virago
Norma pudicitiæ, fulgens exemplar honesti.
Adiutrix inopum, virtuti semper amica.
Ipsa quaterdenis, ac vno præfuit annis
Huic sano cunctis moderatrix, grata sacerdos.
Nam rexit Monachas tam iustè, tamq; benignè
Quod sua perpetuo bonitas recitabitur æuo,
Iura Monasterij, prouentus auxit, & aram

Hanc

Hanc struxit, nec non reparauit prædia multa
In quo tot fuerant probitates corpus obiuit.
At sua mens supera fruitur beatissima luce.

Humi.

4 Hic iacet generosa, & spectabilis Domina Anna olim recolendæ memoriæ nata spectabilis atq; generosi Militis Domini Patari de Buzzacharinis Dei gratia Abbatissa Sancti Benedicti de Padua Obijt Anno Domini M.CCC.XCVIII. die Mercurij VII. Febr. cuius anima requiescat in pace.

Prope Aram D. Marci in pariete:

5 Hanc Aram D.O.M. ac Diuo MARCO Euangelistæ Sacrũ. MARCVS QVIRINVS Patr. Venet. vt inclytæ patriæ Protector primarius deuoto prosequeretur affectu à fundamentis erectam, ornatamq; curauit Anno Domini M. DC. XX.

Ante Aram B. Virginis à Manzonibus dotatam est sepulcrum hisce literis.

6 Optimi Viri GASPARIS MANZONI Patauini
Cunctis affabilis, ast in amicos beneficentia
incomparabilis T.
Non obijt, sed abijt anno reparat. Sal. M. DC. XL.
Vitæ verò suæ XLIX. inexpleto vnd. Cal. Nouemb.

---

7 PAVLVS GRATA Canonicus Patauinus, & Annibal F. F. parentibus amantissimis P. Anno Dñi M. D. LXXV.

In pariete inter aram B. Iordani, & Sacrarium.

8 Fuit hæc Capella constructa in honorem Beatissimi LVDOVICI per Illustris. & Gen. D.D. FINAM de BVZZACHARINIS bonæ memoriæ olim consortem Magnifici D.D. Francisci Senioris de Carraria, & historiata per eius sororem

germa-

germanam D.D. Annam Buzzacharinam religiosam tunc Abbatissam huius sacri recolendi loci ob deuotionem, & intuitum prelibatæ D.D. Finæ quond. Dominæ huius Almæ, & Regiæ ciuitatis ob causam sediminum prope Ecclesiam S. Spiritus positorum, ac huic Monasterio per prelibatam relictorum, propter quæ, & alia vtilia & fauorabilia per eandem egregiam Dominam huic loco concessa, dum viueret, debent Religiosæ huius Monasterij Moniales annuatim in perpetuum celebrari facere duo solemnia anniuersaria in cantu luminaribus, & sequentia, & vnam Missam in qualibet septimana saltem voce submissa pro ipsius anima, & omnium suorum in M. CCC. XC. IV. de Mense Augusti completa.

Humi ante Sacrarium tumulus cum Stemmate Buzzacharena.

9 ... Indictione A.D. M.CCC. LXXXI. die P. Mensis Jan... ... Sepultura cum tumulo facta fuit sub regimine Excel...... ... I E Dom. ANNÆ Buzzacharinæ de Buzzacharinis..... ... M. A. Dei gratia Abbatissæ Monasterij S. Ben. & hoc pro Conuentu omnium Monialium dicti M......

IN AEDE S· PETRI·
Sacrarum Virginum.

De fundatione Templi.

1 *Præsulis est templi finitio tempore Petri*
MILO fundauit vir præsul & Imperialis.
Anno Domini M. C. Obijt Anno M. C. XIX.

Restauratio eiusdem.

2 Ex antiqua in hanc, quã vides, formã reducta fuit Ecclesia hæc ABBATISSA Bartholomea de Rido M. D. LXXXIV.

Ad Aram maximam.

3 SVMMO, ET IMMORTALI DEO APOSTLISQ. PETRO, ET PAVLO, nec non BELLINO MARTIRI. Angela de Aluarotis Abbatissa templum decorauit Ann. Sal. M.D. LXXX. XIV. Cal. Sept.

In cornice aræ.

4 CÆPHALI ÆRE

Humi ante ipsam.

Monumentum IOANNIS CEPHALI Ferrariensis Legum interpretis, ac Franciscæ Curtiæ coniugum M.D.LXXVI.

In tumulo ad instar Conchyliæ.

5 ANT. MAGIVS BASS. Iur. Cons. sibi, & Cath. Cons. fidiss. V. P.

Circa tumulum.

Si vltra scire cupis patriam Pata. Vero. Crem. Rauen. Vtin. Taruis. Vinc. Brix. Berg. Rodig. & Cremam percunctator quib. ass. dignit. fructus, qualem se gess. vna de XX. Vic. grato animo referent.

Mentre di Antonio il gran Bassan nel fondo,
Che à lui piacque donarmi, io chiude al'ossa
Dura sorte mi ruppe, onde al secondo
Antonio i figli in me poter gran possa,
E quella parte rinouò del mondo
Panfilo, che fù già rotta, e percossa.
Ernesto pose in questa tomba auara
Camilla sua Consorte amata, e rara.

M.D.XX.

A dextera Horologium hisce verbis:

F V G I T   F V G I T.

A sinistra Candelabrum.

S I C   E S T I N G V I M V R   O M N E S.

Sepul-

6 Sepultura Presb. LVCRETII Mansionarij maioris Ecclesię Paduanę, qui obijt M. CCC LXXXVII. Die XXIV. Januarij,

7 Venerabilis IOANNES Presbyter Baptista cum suo attinente hic requiescit M. CCCC. XV. Die XXVI. Julij.

8 *In sacello B. Virginis est Sepultura nobilium de Rubeis sine inscriptione.*

9 *Antiqua de Saxonia cum literis.*

S. E. D. SAXONIA ANNO DOMINI M. D. XXXXI.

Et in pariete tumulus Equitis Roberti Papafauæ, & suæ Vxoris.

10 *Ante aram S. Bellini supra tumulum Benefactorum legitur hæc Inscriptio.*

FRANCISCVS huius Ecclesiæ Rector, & Baptista fratres de Sancto Daniele Mariæ Matri pientissimæ IV. Kal. Aprilis M. CCCC. LXVIIII.

Cum stemmate Schaccorum.

11 Hoc est sepulcrum prudentis Viri Sier IOANNIS de B L-N ATIS, & suorum hæredum M. CCCC. XI. V. F. C.

12 Sepultura Domini Presbyteri IOANNIS de BEVILAQVIS de Pisis Rector huius Ecclesiæ M. CCCC. XXXXII.

13 Sepulcrum nobilis, & honestæ Dominæ D. A N N Æ FRANCISCÆ de CAMPANETIS de Padua Matris Joannis honorati ac viri nobilis ....

14 PETRI ANTONII à DOIONO ossa, posterumq; suorum hoc tumulo requiescunt Die XV. Aprilis M. D. XXI.

15 Sepulcrum prouidi, & honesti Viri Sier ANTONII de Fauentia, ac suorum hæredum M. CCCC. XXIII.

Ad Baptisterium in pariete.

16 PYRRHI Equitis Neapol. ex Illustriss. ZOFREDORVM FAMILIA, consilio & armis insignis Patauij agminum gubernatoris strenui hic ossa requiescunt.

Obijt XII. Cal. Febr. M. DC. XIV.

Francisco de Galiso P. F.

Ante Aram S. Laurentij.

17 *HERCVLIS ossa iacent, qui nomen ab arte medendi*
Ante alios clarum sparsit in orbe suum.
Et quis erit, qui non doleat, morsq; improba dicat
Durior, heu saxo, Saxonia arripuit.

Ætatis suæ LVI. Obijt VI. Kal. Sept.

Anno Domini M. DC. VII.

Victor fratri carissimo P. C. Sansono Fratre procurante.

18 IACOBVS de PANCIS huius Ecclesiæ capellanus mortem cum vita commutauit Anno Domini M. D. CX. IX. Kal. Oct.

19 Questa sepultura è di BONETTO Merzaro de Pellegrini, e de suoi heredi. M. D.

20 MARINO PORCELLINO, Prudentiæ Bigolinæ Vxori, & successoribus Anno Domini M. D. XC. VII.

Nouum

21 *Nouum sepulcrum de Buzzacharinis cum stemmatibus sine titulo, sic etiam illorum de Bagnaghis. Alterum cum rota pro stemmate. & sepultura de Godis Vincentinis cum literis corrosis.*

22 VVOLFGANGO SCVRFIO.
Germano adolescenti optimo, quem non sine dolore suorum, quibus præclaram spem nominis sui excitauerat, mors immatura sustulit Sebastianus Zot à Perneck studiorum socio de se benemerenti pos. Obijt. II. Non. sextil.
M.D.XXXVII. Ætat. XIV.

23 CAROLI GRAVII.
Germani hic ossa sita sunt, qui dum studiorum gratia Patauium venisset, febri correptus studiorum suorum cursum perficere non potuit, suaq; morte dolorem amicis reliquit.
Anno M.D.XLV.

24 DOMINI TISI
De CAMPO SANCTI PETRI
Sepultura.

25 *Extra Ecclesiam.*
El Venerando di questo loco Rettor benemerito M. Pre GIACOMO delli Apollonij da Salò qui si giace.
M.D.XXVII.

26 *Sepulcrum prope ianuam Parochi cum imagine Crucifixi, & stemmate illorum de Sorgatis.*

IN EC-

IN ECCLESIA S. NICOLAI.

1 IOANNI de ROBERTIS clarissimo sanguine, & specta-ta prudentia ornato.

2 Liuellorum sacellum, in quo conditus OCTAVIVS LIVELLVS primarius Institutionum Interpres Anno 1631.

3 IOANNES NANI Patauinus viuus videns sibi fecit sibi posuit.
Obijt Anno M.DC.XIV. Die IX. Mens. Martij.

4 *Sepultura Familiæ de Caballis. Item illorum de Grombis.*

5 Hæc est Sepultura circumspecti Viri S. ANTONII à Lignamine q. Domini Danielis, qui obijt M.CCCC.XXI.

6 M. M.CC.XLIV. Die XXVI. Septembris Obijt Reu. Presbyter BARTHOLOMÆVS Rector Ecclesiæ S. NICOLAI, cuius anima in pace requiescat.

7 M.CCCC.XLVIII. Die Sabbati XXVI. Mense Augusti. Monumentum fecerunt fieri nobiles Ser HELIA de Campileono de Cumis, & Christophorus de Herba fratres iurati.

8 MARIETÆ PASINÆ Sacrum.

In Sacello Ridorum.

9 *Quem Mutinæ rupes genuit Montorsia castri*
GVILIELMVS iacet hic nunc veri cognitor Astri.
Nicol.... Ridus pietatis amicus amator
Virtutum solers pacis vbiq; sator.

In me-

In medio Ædis.

10 M. CCCC. XXXXVII.
Die IV. Mens. Aprilis.

11 Hæc est sepultura probi Viri PETRI de CVMIS.

12 *Stemma illorum ab Horologio.*

13 Egregij Viri opaca domus NIGRI PONTIS Manoli hæc est suorumq; successor. M. D. XVIII.

14 IOANNES, & BARTHOLOMEVS fratres de Boschettis Patauini viuentes, & suis Posuere An. M.D. LXXXIX.

15 Sepulcrum Sier ANTONII DOTTI Veneti, & suorum hæredum.

16 PET. de SALA, & suorum........
Mag. Bontomea ex testamento F. F.
M. CCCCC. VI.
Cum stemmatibus Familiarum Borromeæ, & Salæ.

17 M. CCCC. VIII. Die XIII. Julij.
Hæc est sepultura BARTHOLOMÆI q. Dñi Joan. de Riueris, & suorum hæredum.

18 M. CCCC. XVII. Die XXI. Januarij.
Sepulcrum FRANCISCI de Vrbino ac Dominæ Beneuenutæ olim Vxoris suæ, & suorum hæredum.

19 Sepulcrum Egregij Legum Doctoris D. BARTHOLOMAEI de Porcellinis, & suorum successorum.

Hic

20 Hic iacet filia nobilis Viri PETRI de GROMBO.

21 PIZACOMINO, & CLARAE P.P.
Nec non Hieronymo fratri B. M.
Sebastianus mœstissimus
S. Q. H. Q. S. V.
M.D. XXXIX.

22 IACOBO BISIOGOTO Franci....
Vxori.................. suorum filius
Obedientissimus sibi, & hæredibus
B. O. VI. NO.
M. D. XXVI. Junij.

In sublimi loco. IORDANI SFORZATEI sepulcrum
23 aureatum, qui obijt M. CCC. VII. Die X. Martij.
Militiæ titulis, & auorum stirpe vetusta,
Sforzate Iordanus Patauûm clarissimus vnus,
Pectore, consilijs, dextra quoq; strenuus armis,
Heu scelus, angusto tantus Vir clauditur antro.
Vitæ mensus iter, sexdenos mille trecentos
Adderet, & septem; partus dum Virginis annos
Martius, & decimo lustraret secula Phœbo.

24 Hic quiescit laudatæ memoriæ honesta Domina IOANNA de Beccaria Vxor q. Domini Raphaelis Fulgosij de Placentia famosissimi Vtriusq; Iuris Doctoris, qui splendor & lumen scientiæ legum extitit in Vrbe Padua. Hæc enim ad perpetuam suæ animæ vtilitatem per suos laudabiles cõmissarios hoc Oratorium ordinauit construi sub Omnium SS. titulo, in quo singulis diebus sacerdos quidem Omnipotenti Hostiam immolet prõ eius anima, cui annuatim relinquit ducatos auri triginta, locũq;

habita-

habitationis cõgruum, quæ omnia plenè leguntur ex voluntate ſua apud S. Andream de Bouolenta Notarium publicum, quæ Domina diem clauſit extremũ M.CCCC.XXXIX. Die XVII. Julij, cuius anima æterna poſſideat regna.

D. O. M.

25 BARTHOLOMÆO de DONDIS ab Horologio
Io: Antonij filio ſuorum Hæredum.
Obijt Anno Chriſti M.DC.XIV. Ætatis ſuæ LX.M. III. D.X.

Extra Eccleſiam.

26 M.CCC.LXVIII. Die Martio
Hæc eſt ſepultura NICOLAI TADENI.........
....
ſcauerinus

---

27 *Extra Eccleſiam ad Crucifixi Imaginem depictam in ſacra Turri.*

ANTONII BRVTI V.Egregij
Qui ædes in vico Stratæ PROSDOCIMO MARTIGNAGO Ciui Taruiſino teſtamento legauit. Præſidentes Cœnobij celeberrimæ ſcholæ D. Mariæ Battutorum Taruiſinæ executores teſtamentarij ſepulcrum vetuſtate corruptum reſtituere procurarunt.

---

28 In hoc templo iacent ſine aliqua inſcriptione LVCRETIA, HELENA, & LAVRA filiæ BARTHOLOMÆI HELIÆ Patauini; qui deſperatione quadam teterrimum animi ſui conſilium ſecutus illas Quarto Idus Junij 1552. lecto cubantes crudeliſſimè interfecit. Cuius nefarij poſt hominum memoriam perpetrati flagitij caſum elegantiſſimo carmine deſcripſit Iacobus Ruffinus Doctor ad Paulum Rhamuſium.

Humi sub portica Cœmiterij.

29 Sepulcrum Magistro ISRAELI, parentibusq; suis Ioanni de Riueria & .... de ......

30 M. CCC. LXVII. Die Martis II. Maij hæc est sepultura Mag. BARTHOLOMÆI .... Scalari ....

31 *Sepulturæ VI. absq; inscriptione.*

IN ECCLESIA S. LVCIAE.

In maiori sacello humi.

1 ANDREAS de FRANCISCIS sibi, & Posteris H.M.F.C. Anno Domini M. D. LXXXIII. Kal. Octobris.

2 *Hoc positus tumulo VICTORIVS est BONANOMVS*
Hic requiescet item mox Bonanoma domus.

3 *Sepulcrum absq; inscriptione.*

4 Hæc est sepultura prouidi Viri Ser FRANCISCI de LOCTO de Vrsis, & suorum hæredum, qui obijt Anno Domini M. CCC. LXXXVIII. Die XXI. Mens. Februarij.

5 D. BAPTISTÆ GEBELLINO Mercatori Petrus, & Franciscus filij P.C. sibiq; ipsis, & Posteris suis Die XX. Mensis Martij M.D. LXX.

6 Sepulcrum Magistri MARCI PISTORIS Q. Petrus Quidetius, & Antonij egius filius An. Domini M.D. XXI. Die. I. Mens. Augusti, & suorum.
Ita legitur in marmore. Reu.

7 Reu. Dom.... TVSC............
ſibi,& Domine.......Plore Patri.

8 D. HIERONYMO de BONI
teſtadore.

6 Excellentiss. DD. DD. IOANNES BAPTISTA Roscius Brix. D. & Eques, & Andriana eius Vx. ac Octauius Lector Phil. in Gym. Patauino eorum filius hic iacent. Eorum filij nunc Julius, & Fratres Pataui hic posuere, & sepulcrum hoc pro se, ac eorum posteris in perpetuum confecere.

M. D. LXXXXVI.

---

7 Domus Sarasinesca.

---

8 MAGDAL. SALIONA M. DC. XVII.

---

9 Hospes accede. In florida ætate IOSEPH PEROCIVS sæuiente crudeliter peste è vita sublatus hic iacet, & Matthæus Pater dolens hoc humili tecto submitti curauit.

Præcare, & spectare.

Anno M. DC. XXXIII. nono Kal. Feb.

Sepul-

10 Sepulcr. Papulorum.

11 *4. Sepulturæ ſine titulo.*

12 *Sepulcrum cũ literis corroſis, & figura Sacerdotis dormientis.*

13 *Supra Altare Annunciationis.*

Aram hanc in honorem Deiparæ Virginis
Reu. Io: Baptiſta, & Fratres de Blanchinis
extruendam curarunt.

14 *In pariete ſub Icone.*

ANDREDHETTVM ALDREGHETTVM præ mira dicendi docendi medendi arte Trimegiſtum Thaumaturgum in Patauino Literarum emporio Æſculapij Apollinis alumnum

H E M

Dira Epidemica lues inuia obuium omnium ſaluti ſponte oblatum multorum redemptione lœtum ſibi Lethe compenſantem, impauidum colluctantem fere ſtrata raptum ſtrauit impia animoſæ pietatis exemplar. Pia mortalem immortalis exigat fama. Deficienti naturæ ſufficiat ars. Imaginem ſaxa memoriam ſcripta ſeruent. Tanto defuncto viro lachrimarum hydria linteum incombuſtibile lumen æternum eſto elogium hoc.

Vixit an. LVIII. docuit an. XXXIV. obijt anno M. DC. XXXI.
M. Julij VI. Cal. P.M. A.A.A. F.P.C.

15 Sepultura Magis . . . .
Ioti Abaliſtis d. . . . .
qui obijt an. C. . . . .
milleſimo qua . . . .
eſimo duodecimo . . . .
ione quinta die . . . .
o nono menſis. . . . .
Dominæ Malgaritæ . . . .
S. vxoris &. . . . .

S. M. MAG-

S. M. MAGDALENAE
Patrum Ordinis S. Hieronymi de Pisa.

1 *Ante fores Ecclesiæ.*

Donec resurgam in nouissimo die. IOANNES de COLONIA viuens sibi posuit Anno M. CCCCC.

2 *In Ecclesia.*

VINCENTIO PAGANELLO. Julia mater mœstissima cariss. filio sibi suisq; posuit Kal. Aug. M.D. LXXXXIV.

3 Ossa IOAN. FRANCISCI MVSATI Aloysij filij Pat. hic insunt, vt diuina misericordia sit, & hæc occasio pijs præcibus succurrendi ac hæredibus.
Anno Christi M.DC. XIII. XVII. Kal. Octob. suæ vitæ XXX. Die XII.

4 ANTONIO NIGRO Equiti, & Catherinæ Marcellæ Hieronymus filius posuit Anno M.DC. XXVI.

5 Sepultura D. Nascimbeni Boschetti causarum Actoris *literis corrosis.*

6 IOAN. ANT. Cocci ill. superstitis. M. D. XLIII. Non. Decemb.

7 D. LVDOVICO de STRATA Aromatario ad Coronam, Dominoq; Sebastiano Bianco Notario, & eorum filijs.

8 Sepulcrum illorũ de Viccanis, ANTONIO VICCAN... M. DC. . . . .

ORPHEI

9 ORPHEI MALATINI Pat. Not. Coll. ac in Episcop. Paduæ Cancell. totiusq; familiæ de Malatinis ossa, vt quiescant vsq; ad nouiss. diem Elisabetha Thedolda coniux amoris, & beneuolentiæ erga dilectiss. Virum munere functa M. P.

An. Dom. M.DC.XI. XI. Februarij

Obijt VI. Decemb. M. DC. X. ætatis suæ anno LIX.

---

10 IVLIO BRVNELLIO Vincent. Laura Tempesta Pat. dilectiss. coniugi sibi, & hæredibus H. M. P.

Obijt nono Kal. Martij M. DC. XXXV.

---

11 Fratres huius monasterij hoc sepulcrum faciendum curauere sibi suisq; successoribus anno Domini M. D.XXXXIII. die XXIII. Mensis Junij.

---

12 M.D.XVI. Tumulus Magistri Georgij pistoris de Vultulina.

---

13 Joannes q. Fulgij de Vultulina pistor hoc monumentum faciendum curauit sibi, suisq; hæredibus An. Dñi M. D. XVI.

---

14 *Prope Aram S. Hieronymi sepulcrum illorum de Rouellis sine titulo.*

---

15 HIERONYMO TERGOLINO IV. Doct. Bernardinus Tergulinus sibiq; & suis hæredibus.

---

16 ARCHANGELO MARTIARIO I.V.D. Vicentino M. D. LXXXVII.

---

17 D. O. M. Beatæq; Deiparæ

IOANNES DOMINICVS VRBANVS Mutinensis Serenissimæ Reip. Venetæ pedestrium militum ductor dum viueret

dedicauit. Cuius ossa ad nouissimum vsq; diem hic requiescũt. Elisabeth Tedolda coniux, & Iulius Vrbanus I.V.D. filius P.C.
Obijt Die XXV. Mensis Januarij M. DC. XXX.
Ætatis suæ anno LV.

---

18 *Extra Eccl. in Claustro.*
IOSEPH TATTVS Mediolanensis Pileator sibi, suisq; filijs hoc sepulcrum parauit. VI. Idus Julij. M.DC.VIII.

---

19 Hic iacent ossa VICTORIÆ BVZZACHARINÆ.
Vixit annos octuaginta. Obijt anno Salutis
M.DC.XXXV.

IN ECCLESIA S. ANTONII DE VIENNA.

1 *Supra ostium Sacrarij.*
. . . hanc arcam, & dotauit hanc Ecclesiam, vt commorantes in dicta Ecclesia rogent Dominum pro anima ipsius, liberorum, & successorum suorum.

---

2 *In Ecclesia.*
Ossa F. PP. Veneto M. VXXXX.

---

3 FRAGIA DI S. ANTONIO.

---

4 *Sepultura sine inscriptione cum stemmate Scardeonij.*

---

5 *In pariete Cœnobij.*
Domini Canonici Regulares Congregationis S. Saluatoris has Ædes à solo ære, & sumptib. Monasterij S. Michaelis de Candiana restaurarunt M.D.LXX.

S. LEO-

S. LEONARDI.

1 *A latere maioris Altaris in pariete.*

Ingessum ex muro hoc. NOALENSES patroni Altaris Diui Antonij de Vienna. N. istius Capellæ. S.F. Confessoris Precario concessere M. CCCCC. II. Feb.

2 *Humi.*

IACOBO DOCTO Troiani filio Patritio Patauino Cataphractorum Equitum pro-Duci, ac Troiano filio Signifero, Margherita de Doctoribus Vxor, & Mater vtriq; parauit ex testamento sibiq; & successoribus.

3 Mausoleum Domini Michaelis de
OLIARIIS
& successorum suorum Comitum Palatinorum.

4 Hoc est Sepulcrum Nobilis Viri Dñi IACOBI TERBACII quondam Domini Joannis Terbacij de Padua, & eius vxoris qui obijt Die XIV. Mensis Octobris M.CCCC. LIX. cuius anima requiescat in pace.

5 Sub rubro lapide.

XICCO POLENTONVS, quem scripta diserta decorant
Franciscus frater tumulo conduntur in isto.

6 ANTONII CAMPILONGI.

Hic iacet in templo venerabilis Vir Dominus Anton. de Campolongo legibus in sacris peritus, qui anno Domini M. CCCC. V. diem clausit extremum.

7 S. Berto de Jacomo de Polo, e suo heredi M. CCCC. XL. primo Agosto.
Hominum.

8 Berto de Jacomo de Polo, e suo heredi M. CCCC. XX. IIII. del Mese di Feuraro.
Fœminarum.

Ante Aram Maiorem.

9 Dominica Canuti M. DC. XXII.

10 ANTONIÆ Campanæ matri chariss. Augustinus, & Franciscus filij pientiss. & sibi eiusq; viuentes P. M.CCCC. LXXXIII. Nouembris die XXV.

In pariete.

11 D. O. M.

HECTORI BELLIROTO Patauino, Philos. ac Sacræ Theol. Doctori huius Ædis Priori vigilantissimo Viro eximio in Diuinis humanisq; satis superq; probato, laudatoq; naturalē scientiam clarè in Patrio Lyceo XX. circum annis publicè profitenti spe maioris triumphi, inuida morte immaturè prærepto. Benedictus Phil. ac Medic. Doct. mœstissimus benemerentis fratris memoriæ, amoris ergo posuit.

Obijt ann. Dñi M. DC. XXXXI. V. Kal. Decemb. ætatis suæ XXXXVIII.

12 Petrus Patauus, & Simeon Nepos de Ruinelis hunc p . . auit tumulum V. F. S. E. M.D. XIIII.

13 Hic iacet D. Julia Badia Vxor sier Ioannis Badia, & obijt die IIIJ. Mensis Maij M. CCCC. LXXXXIII.

Ad

4 *Ad dexteram Aræ maioris.*
Hæc sepultura est M. Beltrami Architecti, & suorũ posterũ. M.D.XXIX.

15 AVGVSTINVS CANVTVS Mediolanensis sibiq; filijs suis hoc sepulcrum parauit M.DC.XXIII.

16 Questa sepultura è de Joanne Bolzani, & giace Lucietta sua Madre adi VIII. Ottubre M.D.LXXXXIII.

17 *Prope aram D. Siluestri.*
Anno Domini M.CCC.LXXI. die primo Mensis Octobris. Sepultura Iacobi filij quondam Domini Antonij Boiantis, & suorum hæredum.

18 Magistrj Facij Tessarij sepulcrum, & suorum hæredum Obijt XV. Octobris M.CCCC.XXXV.

19 Dulcifs. Matri IOANNÆ FACIÆ olim vx. Io: Merici Cartularij Iur. Conf. clarifs. Melchior Cartularius Iur. Conf. fil. pietatis ergo P. C.

20 Ante Aram B. Aloysij Gonzagæ.

Rupe sub hac tegitur prudens Baptista beato
Nomine quem Patauo gratia celsa dedit
De Pauanellis cognomine fama vocauit
Abstulit hunc patriæ mors inimica suæ
Lampas virtutum fuit hic Bononia dignum
Approbat: existit canonis alta tuba.
Electus meritis sexto legit alma iuuentus
Deficit ante diem mens volat ante Deum.

Obijt anno Domini M.CCC.LXXXIII. de Mense Septẽbris.

Extra

21 *Extra Ecclesiam in pariete.*

Frustra tegit Lapis
Quem fama superbiens venerandum exhibet orbi
POMPEIVS MATTHAEIVS Foroiulensis, & Romanus
Patritius preter funera verè Pompeus ab Empirio docet hic
Pugnauit in Iuuentæ vestibulo ad Hechinadas,
Lusitanus eius vexilla suspexit, & Sabaudus
In Pannonia Comariam Redulpho Secundo Imperatori
A Turcarum seruauit assultibus
Flaminia tantum agnouit Prouisorem,
Tribunus in Piceno, & Castrarum supremus extitit Præfectus,
Tandem
In sinu Venètæ Reipub. tormentorum bellicorum Legatus
Octuagesimum sextum expleuit annum & munera
Inter gentiles, inter otia, inter arma, inter aras
Illustris, Prouidus, Inuictus, Immortalis
Anno Domini M. DC. XXXXII. Die X. Martij.

---

22 D. O. M.

Hic iacet HYPPOLITA NVMAIA Nob. Foroliuiensis
Mulier pietate insignis honestate veneranda
Ab ineunte ætate rebus diuinis, ac orationibus assiduè dedita
Vxor Pompei Matthæi nob. Foroliuiensis
De Rep. Ven. Seren. benemeriti
Qui multis cum lachrimis hoc monumentum
Amantissimę atq; charifs. Coniugi P.
Obdormiuit in Domino
Anno Sal. M. DC. XXXI. Pridie Idus Julij
Vixit an. LXIII. Menses X. Dies XII.

S. PAV-

SANCTI PAVLI.
ORDINIS SERVORVM.

1 *In Cœmiterio antiquum sepulcrum ex lapide rubeo cum stemmate Griphi, & titulo.*

DE LINGVACCIS.

2 Bernardini Mereschalchi suorum hæredum.

3 FRANCISCO BORROMEO Iosephi filio probo eloquentissimoq; Viro his temporibus pro patria nunquam defesso, qui annos vixit XLVIII. Menses II. Naturæ debitum soluit Anno Domini M.D.CXV. XXIV. Mensis Nouembris. Borromeus fratri amantissimo, dulcissimoq; sui acerbissimi luctus solamen, familiæq; exemplum effigiem, memoriamq; hanc ponendam curauit.

4 *Sepulcrum in rubro lapide.*

ANTONIO BORROMEO Artium, Theol. & Iuris vtriusq; Doct. excel. Equiti, ac Comiti digniss. monum. hoc Lombarda de Comitibus Vx. hæredesq; posuere.
Obijt Anno à Nat. Dom. M.D.LX. Quar. Kal. Januarij.

5 ANTONII CRIBELLATI & success. quies
M.D.LXVI. V.F.C.

6 MICHAELI ODAXIO, & Francisco Odax
Ludouicus, & Antonius frater P.C.
Anno Salutis M.CCCC.XCIV.

7 Vt hic ANTONII de BRAGIS & suc. vsq; ad nouis. diem
ossa cineresq; seruentur.
Paulus fr. Not. Pad. F C. M.D.LII.

8 SE PI
M.D.LIII.

9 Parentibus coniugibus sibi, & posteris
MATTHÆVS FORCADVRA I.C.V.P.
M.D.LXXIII.

10 FABIO ÆMILIO æternæ memoriæ filio Ioseph AEmilius infe. & mœstissimus Pater. B.M.P. obijt Prid. nonas Julij.
Vix. Annos XXVIII. Mens. V.

11 Viro Excellentiss. Iuris Vt. Doct. ANGELO CORNELIO
Marieta vxor P. P.
M.D.LXVIII. II. Kal. Julij.

12 Honestissimæ, ac pulcherrimæ d. Paulæ dilectæ Vxori suæ
sibiq; & suis succ. de Zara
Anno M.D.XVIII.

IN S. AGNETIS

1 Quod quisq; vestrum optauerit MARCO COLVMBINÆ
Templi huius Rectori illi semper eueniat viuo, & mortuo
Presb. Lanchfrancus Lignamineus amico incomparabili
An. M. D. LV.

2 *Quam tegit hic tumulus fuerat LVCRETIA nomen*
Calcia sed Comitis stirps generosa Patris

Heu

Heu decus, hæc patriæ seruasse si fata fuisset
Inclita nam ingenio, corpore casta fuit
M.CCCC. LXVIII. XXV. Octobris.

---

3 IACOBVS Baialardus de Flumine humani Iuris peritissimus hic situs est.

---

4 Sep. de MVSSATIS anonima.

---

5 DARIÆ Virgunculæ purissimæ, vix in lucem editæ; Bernardinus Doto Pater posuit.
M.D.XXV. Agosto XVIII.

---

6 In pariete Ecclesiæ exteriùs
Ita legitur in marmore.

Mobilis ævi rota mundum circuere parentes
.....Goticum Regnum patriam relinquere primevam
Ravennæ Bononiæq; terris traxere degentes
Inde suam famam Picegota longevam
Tunc Patavo motu naturali nata videntes
Hoc faciant morte tumulo per secula sævam.

---

7 *Prope Imaginem B.V.*
IN CHRISTI NOMINE AMEN.
Hic inferiùs est sepultura Domini FRANCISCI de Martellis, & suorum successorum.

---

8 Nicolosæ filiæ Philippus Vrbe Cyprius Thomæ F. & sibi, & suis posteris V. fecit 1478.
Nonis Martijs.
Post stemma Leonis astris cincti.
Est Ecclesiæ 1513.

9 Sepultura Domino Bortolamio da Cà Marsilio Capitanio del Deuedo.

10 Ita est in Pariete.

Tres pro Lanzaroto supradicto dicere Missas
Ecclesiæ Rector omni septimana tenetur
Agnetis Sanctæ anniuersariumq; suum
Facere perpetuo sepulchrum Missa finita
Eius quaque die Salmis visitare debendo.
M. CCC. LXIII. Ind. I. Die XII. Septembris.

11 Ita legitur.

Quid m. Francisco Prole Picegota creato
Si m. viuendi profuit longa mora
Certaui mondo penis; Lanzarotoq; meo
Consortiar generi, qui timullatur in ara
Vrsorum stirpe clara Bononiæ gente
O Deus miserere nobis; quiescere semper
Des, & sarchofagum tribuas ipse pium.

12 *Antiquitus Mors sculpta visebatur, desuper.*

Sic omnes soluo, co . . . .
omnis homo

Mox additur inscriptio,

Sepultura Domino, &c.

SANCTI FIRMI.

1 Hic iacet magister ALBERTVS Merzarius q. Nicolai de contrata S. Firmi de Padua, qui obijt anno M. CCCC. V. adi VI. d'Agosto.

A. L.

Sepul-

2 Sepultura Magistri Antonij Gnainsij q. Mag. Petri Gnainarij de contrata S. Firmi de Padua M.CCCC. V. Ind. tertiadecima Mense Septembris.

3 Sepultura S. SACRAM. absq; titulo.

4 Iacobo Telarolo viro integerrimo filij pientiss. posuere M. CCCC. LXXXXII.

5 D. O. M.
Consociatæ Sorores in Oratorio sodalitij sui commune sibi posuere sepul.
Anno M. DC. XXVI.

6 Sepulchrum de Bulgaronis Patauinis fundatum Anno Dñi. M. CCC. XX.
Ant. Bulg. q. Dan. inst. pro se, & suis hær.
Anno Dñi M. D. LXXXIX.

7 Sepul. Mulierum Frat. Corp. Xpi.

8 Sepul. Hominum Frat. Corp. Xpi.

9 *In Cœmiterio.*
M. CCC. XII. Hic iacet nob. Vir. IOHANNES Iudex de Vicoarceris, & suorum hæredum.

IN VICO
PONTIS ALTINATI
IN ECCLESIA S. ANDREÆ.

1 IN hoc ſepulcro conditus fuit LVCAS Fabris dictus Salgharo. Anno M. DC. XXXIV. XVII. Aprilis.

2 Sepultura BARTHOLOMEI de Montagnana q. Dñi. Boniuicij Judicis, & ſuorum.

3 *Sepulcrum vetuſtiſsimum.*
P. O.

4 D. BARTHOLOMEI DE BVLLEO
Egregij militis, & Legum Doctoris ſepultura.
Obijt exiſtens Capitaneus Florentiæ M.CCCC. XIII.
Legit Scardeonius pag. 176. exiens Capitaneus.

5 Hic iacet D. PETRVS de Curionibus, qui obijt
Anno M. D. XXIV. Januarij.
Quæ inſcriptio nouiter inſculpta.

6 Queſto ſepolcro fece fare Meſſer Franceſco Barbiero
nell'anno della Natiuità di Miſſier Ieſu Chriſto
M. DC. adi XVII. Giugno.

7 Hæc eſt ſepultura Magiſtri Bernardini Curtellinarij, & Danielis fratris, ſuorum hæredum. M.D. V. I. Aprilis.
Modò ſepulcrum eſt D. Grota Merciar.

8 *Borghesani est.*
M^a. Iustina Bur^a. & suoi heredi.

---

9 Vincentius Nicolinus restaurauit.
An. M. DC. XXII.

---

10 *Ante Altare Piscatorum.*
Sepulcrum Frataleæ Piscatorum
Petro de Clario P. Gastaldo, Prospero Triuisano Massaro, Iulio Gotardo, & Iacobo Veronensibus Sindicis, & fratribus suis dictę Frataleæ Die XIX. Aug. M. D. LXXXXIII.

---

11 Hæc est sepultura honestæ Dominæ Antoniæ filiæ q. Sier Albertis à Carretis de Padua de contrata S. Georgij, quæ obijt XIX. Septembris M. CCCC. I.

---

12 Hæc est sepultura Magistri Alexandri
. . . .
. . . .
Nunc Sacratiss. Sacr.

---

13 Orsolina Vedoua Berettara
Mauritio suo figliuolo hà fatto fare questa sepultura
morse M. D. XI. adi XX. Settembre.

---

14 Hoc sepulcrum fieri fecit Sier Zanetus à Ciconea, & omnibus suis mortuis, & suorum hæredum de Anno M. D. XXII. Mensis Decembris.

---

15 Hæc requies mea . . . .

---

16 *Tres sepulturæ sine titulis, altera D. Ant. Baietti mercatoris, altera D. Polidori Bellodi aromatarij, tertia verò D. Ant. Auantij.*

Supra

17 *Supra ostium maius Ecclesiæ nuper refectæ exterius duæ interstinctæ cernuntur literæ AA. in paruo quadrato rubro lapide, quæ (auctore A.M.) idem quod Antiquæ Altitudinem, nec non ALMO ANDREÆ denotant.*

18 Hæc est sepultura prouidi Viri Ser Iacobi Specialis filij q. Sier Andreæ de Raquis de Padua obijt M. CCC. LXXXX. Ind. XIII. Martis secundo Mensis Augusti, & suorum hæredũ.

19 Illis de Flumine Calderarijs.

20 *Sepultura cum stemmate Ancillæ cum Lilijs.*

21 ALEXANDRVM Carrerium I.C. Collegij Decanum Huius ædis olim Præpositum literatura ac scriptis non ignotum Nullo agnatione superstite Lieta Montagnana neptis mœstissima sepeliuit. Obijt Anno M. DC XXVI. Die XX. Augusti. Ætatis suæ LXXVIII.

22 *In hac Æde apud maiores anno M. D. LIII. Scardeonio teste fuit conditus Ioannes Cauacia nobilis Patauinus.*

IN ECCLESIA MONIALIVM SANCTI MARCI.

1 IOANNI Curtesio fratri dilectissimo, sibiq; & posteris, vsq; in nouissimum diem quietis locum Helena mœstissima soror, ac Annibal Fortetia Iugales vnanimes posuere.
Anno M.D. XCI.

2 D. O. M.
PETRO Petrobello Mercatori Posterisq; eius
Commissarij ex testamento P.C.
Die XIII. Octobris Anno M. D. CXXVIII.

Sepul-

3 Sepulcrum auitis hoc prælatum IOANNES PAVLVS Taruisius I. V. D. & Eq. Pater superstes, & mœrens filijs præmortuis, sibi, & Vxori P. anno Salutis M. DC. XXXXI.

4 Qui giace AVGVSTINVS Goseta
Ætat. suæ XLVII. Anno M. DC. XXXX.

5 IOANNI Patri, & sibi H. P. M.
M. D. LIII.

6 ADAMO di Francesco
. . . .
Anno XXXX.

7 *In Pariete.*
SPERAINDEO Bertoldo Mutinensi Musico excellent. ac Organistæ Cathed. Patauinæ Prob. Cassandra Castignota Coniux opt. id Munumenti ab incredibilem erga eum amorem faciendum curauit. Vixit an. XL. quieuit idibus Aug.
M. D. LXX.

IN ECCLESIA MONIALIVM SANCTI BERNARDINI.

In pariete à parte sinistra.

1 Duo mille ducat. numm. ANGELA Placa Arolda erogauit huic Monasterio in extinctionem liuellorum, censumq; à Monialibus ex placito superiorum in Campis Episcopariæ constitutum remisit vt in vnaquaq; die Missas pro anima sp. D. Caroli Aroldi nepotis, & alterã à die obitus pro anima sua Moniales celebrari faciant in perpetuum, vt ex instituto rogat. per sp. D. Franciscum Valdaneum Notarium. Die IV. Augusti. Anno Dñi. M. D C. XXXV.

Hoc

2 Hoc DIVI BERNARDINI Templum consecratum fuit per R. D. Hieronymum de Sanctis suffraganeum Pata.
M. D. XIX. Die XIII. Nouemb.
Dom. Sorore Apollonia de Canibus Matre pijssima.

---

3 *A parte dextra.*
Hæredes ex testamento q. Excellentiss. PAVLI Zonca Iuris vtriusq; Doctoris posuere Anno Domini M.DC.XXX.

---

4 Monumenta.

---

5 FRANCISCO Belliroto, & posteris Josephus filius L.L. Doctor posuit, obijt XII. Calend. Martij.

---

6 V. Armæ Dottæ. D.

---

7 Sepoltura de D. Felippo Castelli, e suoi heredi, e successori, nella quale è sepolta Catherina sua carissima moglie, e Francesco suo diletto figliuolo l'An. M. DC. XXV. il Mese di Giugno.

---

8 Consortij Beccariorum Tumulus.
Mius Vitalis curator.

---

9 BENEDICTI SPIRONI.

---

10 A. D. M. D. L. VII.
S. S. S. B. S. H. S. A.

---

11 ANGELA de Leone Bonfrancisci F. relicta Francisci Nic. de S. Sophia eminentiss. Philosophiæ, & Medicinæ professoris, coniugi pientissimè posuit Anno Salutis.
M. CCCC. LXXXVIIII.

ANTO-

12 ANTONII de Blanchis, & descendentium Monum. M.D.XXIX.

13 HIERONYMO Malfacto Viro integerrimo, ac ciui optimo grati hæredes, veris non sine lachrymis, obijt M.D.XXXVI. tertio nonas Martias.

14 FRANC. Stellæ patri Helisabethæ coniugi, Gaspari, & Gregorio filijs, eorumq; posteris id monumentum positum fuit. M.D.LXI.

15 *Nobilis hic forma FRANCISCO coniuge Milla*
Et Duci gentili clara parente iacet.
Quam rapuit prima virtus fæcunda iuuenta,
Extuleratq; ipsa parca puerperio.
Sic fessa assiduo languescit vomere tellus,
Sic onerant ramos grandia mala suos.

16 Sepoltura de LODOVICO Franco, & suoi descendenti Anno Dñi. M.DC.XXX.

17 D. M.
CHRISTOPHORO Bononii charissimo Filio dulcissimo D.Nicolai, & Epi par. nepoti immatura ætate surrepto, dum Jur. ciuili operam dat Franciscus P.Re. Anno Sal. M.CCCC.LXXXXIV.

18 *In Arca lapidea cum Doctoris effigie dormientis.*
CHRISTOPHORO Ricinensi Medico celeberrimo, & Philosophorum inclyto, quem vniuersa Italia Gymnasia peripatetiæ scholæ principem luxerunt S.
Vix. Ann. LVI. Mens. VII. dies XXVI.
Decessit Anno M.CCCC.LXXX. III. Cal. Febr.

T *Humi*

19 *Humi verò hæc parua visuntur non integrè.*

CHRISTOPHORO . . . .
Ricinen. . . . .
Peripat. . . . .
Locul. . . . .

20 A RIDO Nobiles Pataui Antonius, & Arnaldus Fratres sibi, Nicolao Patri, Petroq; Bono, posterisq; suis dicauere Anno M. D. XXVIII. sexto Idus Junij.

21 *Gloria Fœminei sexus non hic IVSTINA, sed ossa*
Spiritus astra colit sola adeunda pijs.
Hieronymus Polcastrus Iustinæ vxori Pient. Pos.
Anno Dñi M. D. III.

IN BASILICA EREMITARVM.

1 *In marmorea tabella à parte Septentrionali ipsius Chori.*

CAPELLA HÆC FVNDATA FVIT ANNO M. CC. LXIII. PRIMO DIE MAII.

2 *Consecratio huis Templi.*

Anno Domini M. CCCC. XXXV. in Festo Trinitatis Hoc Templum PHILIPPI & IACOBI cum claustro Consecratum est per Dominum Johannem de S. Anna præsente D. Angelo Corrario Cardinali cum aliquibus Episcopis, & largitus est quinquaginta dies indulgentiæ ✠ & cimiterium de post.

Iuxta

3 *Iuxta portam Meridionalem in sublimi Monumento marmoreo à dextris spectatur hoc Epitaphium.*

BENEDICTI PLOMBINI.

Corpus humo, cælo animam, famamq; dedisti
Laudibus, & Legum Benedicte monarcha fuisti
Nominis effectu radians virtutis imago
Pisanus ciuis Plombini clara propago
Omnibus Italiæ studijs tua lectio fulsit
Publica dum legis, hic tibi te Libitina reuulsit.
Martia tunc orbis lux bis septena nitebat
Mille quatercentum bis quinq; annosq; mouebat.

---

4 *Ibidem humi in tabella marmorea.*

FRANCISCO Malchiostro Iurisconsulto Parmensi clarissimo in Patauino Gymnasio publicè profitenti, sicarij manu crudeliter extincto.

Brocardus Malchiostrus Frater mœstiss. P.

M.D.VII. Die Oct. VII.

---

5 *Sepulcrum cum Equestri statua.*

HILARII SANGVINACII.

Militis Hilarij quem Sanguinacia origo
Protulit, hoc tumulo marmoris ossa cubant.
Hunc domum, hunc mores, hunc virtus nobilitauit,
Plurima qui Patauæ vixit honos patriæ.
Claruit officijs multis, Bononia dignum
Hunc vocat: & Floris præses in vrbe fuit.
Omnibus his mundo magna cum laude relictis
Verum esse aspiciens mens supra astra volat.

Anno Dñi. M.CCC.LXXXVII.

---

6 *Ad portam Occidentalem humi sepulcrum est marmoreum*

FRANCISCI FRASSALASTÆ.

Cataphractus hastatus incisus est.

7 MVSSORVM.

GALBERTINVS ego quondam de stirpe Mussorum
Hunc mihi constitui tumulum proliq; meorum
Intra iacet corpusq; meum, Iacobiq; nepotis
At mentes nostræ nunc cœlitus astra reuisunt

Ibidem.

CHRISTVS AVGVSTINVS MARIA

Hic pascor à sanguine Hic lactor ab vrbe
Positus in medio, quo me vertam nescio.

8 MARINI PERAGÆ

Laudibus insignis Iacobinus viuere dignus
Occubuit strage febris de stirpe Peragæ
Hanc tibi iacturam gnato Baduaria duram
Progenies sentis, venetæ Clarissima gentis
Cum quaterdenos post Christum mille trecenos
Duceret in Tauro Sol annos purior auro.

9 RAIMVNDI SOLYMANNI

Antra quid hæc, cinerumq; locum studiose viator
Inspicis? vt videas dira trophæa necis?
Raymundus Solymannus, erat cui nomen auorum
Insigne, hæc humili busta reliquit humo.
Verus Arimundi Solymannus amicus, amicis
Hic promptum auxilium consiliumq; fuit.
Pauperiem miserans specialiter astra petiuit
Mente, sed hac tegitur carne sepultus homo.

M. CCC. LXVII. III. Octob.

10 *Alterius* SOLYMANNI

Solymanni ex Patauinorum patre familias, Juris ciuilis, & Pontificij consultiss. VII. vir pontif. ærar. ingenio, & fide probatiss. Vix. Ann. LXVI. M. VII. D. IX. horas III.

FRAN-

11 FRANCISCI Giurini viri Illustris, architecti clariss. ingenij molib. doctrinaq; præditi ciuis Patauini Cassandra coniux amantiss. pientiss. in memoriam M.P.

12 FRANCISCO Venerio Patauino, Nicol. fil. suisq; successoribus Maria mater, Adrionaque vxor cariss. pientiss. pos.
Ann. M.D.III. Die XIII. April.

13 ANGELI MARINI

Viator hic sita sunt ossa Angeli Marini, egregiæ innocentiæ, & doctrinæ, qui ciuile ac criminale Ius septies cum gloria reddidit Antenodoribus Palingenesiam expectat mundi principibus ignotam. Vale.

14 In Sacello olim S. Augustini nunc D. Virginis Lauretanæ in pariete effigies videbatur Thebaldi Cortellerij & in tabella lapidea hoc Epitaphium.

Hunc morum grauitas sensus legumq; corona
Perdidit hæc titulis quem tegit arca virum.
Carrigeræq; domui legato tunc morienti
Et pœnæ & culpæ Papa remisit onus.
Quem procul à patria immitis mors abstulit vrbe
Sors melior Patauo reddidit ossa solo
Teq; Tebalde fleat stirps Cortelleria natum
Oretq; vt supero gaudeat almo Polo.

Obijt An. Domini M.CCC.LXX. Die XX. Augusti.

15 *In ænea tabula inuenta in sepulcro Albrigheti Cortusij aperto ætate Scardeonij.*

D. O. M. N. P.

SYVANO CORTVSO splendidissimo Equestris Ordinis viro, & Patri ipsius Albergeto, atque Matthæo Auo, cæterisq; Proauis Cortusijs Equitibus. H. M. S.

Ossibus

Ossibus elegit domus hanc Cortusia sedem,
Elysium petijt spiritus inde solum
Filius hic proauis, & auo, charoq; parenti,
Atq; nepotibus, hæc propria busta, dedit.

---

16 M. IACOBI ZANETTINI

Sacrum eximij, & famosi artium, & Medicinæ Doctoris M. Iacobi de Zanettinis de Padua Physicam ordinariè legentis filij, olim bonæ memoriæ M. Zanti honorabilis Grammatici, & Rhetoricæ professoris M. CCC. LXXXVIIII. Septemb. VI.

---

17 *In sacrario circa statuam Cathedratam.*

Hic iacet Sacræ Theologiæ Doctor clarissimus, & Philosophorum monarcha Magister PAVLVS de Venetijs, Ordinis Eremitarum S. Augustiui, qui obijt An. Dñi. MCCCC. XVIIII. Die XV. Mens. Jun. Cuius anima requiescat in pace.

---

18 Extat alibi de hoc aliud Epitaphium à Joanne Marcanoua.

Vir Pataui perit hic Vtinum, tulit, 'iuit ad Vrbem
Adriacam puer, hinc nomine Paulus habet.
Doctus Aristoteles dubios exponere sensus
Audet & Ægidium, carpit vbique potens

---

19 Hæc est sepoltura A L B I C I quondam Malaspinæ de Malaspinis de Florentia, & suorum successorum.

---

20 MICHAELI Campesio Nobili Patauino vtriusque Iuris Consulto, Augustinus filius P. Anno Domini M.D.XXXII. die IX. Septemb.

---

21 BARTHOLOMÆI MONTAGNANÆ

Heu miserum mortale genus, nunc clarus Apollo
Occidit, & Medicæ maximus auctor opis.

O quo-

O quoties vitæ crudeli à funere raptos
Restituit, doctas applicuitq; manus.
Hippocrates cessit Medicus diuusq; Machaon
Hinc, & Coronides Phillyridesq; senex
Bartholomæus eo est defunctus munere, quo non
Gloria, sed tantùm membra sepulta iacent.

---

22 PAVLI ZABARELLÆ Episcopi Argolicen.

Doctus adit cælum facundo carmine Flaccus
Et Stella Euganei lumen vterq; soli
Nomen ad æthereum Pataui lux mittit Olympum
Romanæ princeps Liuius historiæ.
Paulus in eloquio Corneli numine cælum
Possidet, Aonias hinc sacer ambit aquas.
Quantum alijs igitur numeris, authore soluto
Antenor debet, tam Zabarella tibi.

Obijt M.D.XXV. die XXV. Julij.

---

23 Duorum Fratrum LEONVM

Qui patris, & patriæ decus, & spes vnica grande
Aonidum specimen, si superesset, erat.
Nomina habens iacet hic Antonius alta Leonum
Heu nimis heu nerunt stamina manca Deæ.

M.D.XXXIV. prima Augusti.

---

24 Omnia mors æquat.

Carus me genitor moribus optimis
Ornabat, nec eram peior ab indole
At mors improba me surripuit patri
Græcas, & Latias vt didici notas.
Venturis decoris forsitan inuida
Et fratri comitem me peperit meo.

M.D.XVII. Septemb. III.

Duo-

25 Duorum Iuuenum Galli, & Poloni.

Siste, legas iuuenum crudelia fata duorum.
Alter aqua perijt turpiter, alter equo.
M. D. XXXIX.

26 FRANCISCI de MAIARDINIS.

Iam requies sperata diu carissima venit
Ossaq; iam fessa in terris sin marmore pressa.

27 IROLDI ZARMELLINI.

Hoc situs est tumulo subita nece raptus Iroldus
Qui Zarmellinæ gloria gentis erat.
Ante suos annos præcox prudentia venit
Et nullius egens laudis inopsq; fuit.
Si tamen ille suis qui dulcem linquit amorem
Non moritur, non est mortuus ille suis.
M. D. XL.

28 MEDII COMITIS I.C.

Heu decus, heu pietas, vtriusq; heu gloria Iuris
Hac Medicus Comes Doctor sepelitur in vrna.
Qui, sua clausissent si tardius ora sorores
Maximus Italicas fama volitaret in vrbes.

29 M. MANTVÆ I.C. PRÆCLARVM, ET INSIGNE MONVMENTVM M. MANTVA BENAVID. PATAVINVS I.C. IOAN. PETRI FILIVS EX PRÆSENTIBVS FVTVRA PROSPICIENS PRÆTER CÆTERA MONVMENTVM HOC S.V.P.C. MENSE MAIO.
M. D. XXXXVI.

VIXIT ANNOS LXXXXII. MENSES IV. DIES VIII.
SEXAGINTA PVBLICE DOCVIT. PROXIME VERO
A SENATV SVPRAORDINARII MVNERE DONATVS
OCTO INTERMISIT.
OBIIT NON. APR. M.D. LXXXII.

---

30 Ad Imaginem Christi.

Virgo parens hac luce hominemq; Deumq; creauit
Mater dans homines noscere Virgo Deum.
Fit fabricator opus serui Rex induit artus,
Mortalemq; domum viuificator habet.
Ipse sator semenq; sui, matrisq; creator
Filius est hominis, qui pater est hominum.
Bis genitus, sine matre Opifex, cum matre Redemptor
Amplus vtrisque modis, amplior vnde minor.
Sic voluit nasci, domuit qui crimina mundi,
Et mortem iussit mortuus ipse mori.

Sub vultu æneo in pariete.

31 D. O. M.
OTTONELLO DISCALTIO
Summo genere, ac virtute Iurisconſ. Eq. Co. Palat. Qui Præstantissimum ingenium, Eximiam Iuris vtriusque scientiam, & admirabili disputandi, atque dicendi acumine, & copiâ excolens patriæ in honoribus, legationibus, consilijsque vtilissimus, Priuatorum in Judicijs pericula singulari Eloquentia propulsans per quam diù præcipua Iurium interpretandorum summa cum auctoritate obtinens loca, non semel ab alijs Principibus expetitus, à Venetis Dominis retentus, ornatus auctusq; eminuit.
Obijt Anno Christi M.DC. VII. Ætatis suæ LXXI.
Elisabeth Zabarella Viro clarissimo apud ossa Maiorum P.C.

V Æter-

32 Æternæ memoriæ OTTONELLI Discaltij Patritij Patauini Viri Clarissimi primarij Juris Ciuilis interpretis Comitis Palat. & Equitis D. Marci, Natio Germanica Iurist. Consiliario Georgio Federico Ramingen. Sind. Iuri. Adol. Vuecit Thersheim Procur. Heny Hiller, & Frider Brandis per an. XX. & vltra Patrono, & Aduocato suo desideratiss. Pos.

Anno M.DC.VII. Mense Decemb. F.F.

---

33 Humi vetus sepulcrum cum Epitaphio.

Aurea Iura tui requies postrema laboris,
Legis amor, veri lux, OTTONELLE sequacis
Cuius erit? pariter grauis hic lapis ossa vorabit
Consortis, & te, cui nomen DISCALCIVS erat.

Sepulcrum egregij Legum Doctoris Domini OTTONELLI de DISCALTIIS, de Padua Judicis, eiusq; Consortis, & hæredum suorum, constructum M.CCCC.III. die XI. Septemb.

---

34 *Antiquus Talamatiorum Tumulus cum stemmate P.T. hoc est P. Talamatij.*

M. CCC. LX. Die Mercurij. . . . . De Mense Augusti . . . .

. . . . , ...

---

35 *In magnifico sepulcro cum statua marmorea è Suggestu legentis.*

IACOBVS FORLIVIVS.

Forliuius iacet hic Iacobus, quo clarior alter
Non fuit in Latio, & Græcia doctior illo.
Alter Aristoteles, Italis Hypocras fuit alter,
Olim qui terras fama, nunc sydera lustrat.

Qui obijt Anno Dñi. M. CCC. XIII. die XII. Februar.

In co-

36 In communi Germanorum sepulcro.

Ne plores hic amissos Germania natos:
Tempore quemq; suo fata locoq; manent.
Felices ne conspiciant incendia mundi
Ante mori summum qui potuere diem.
Cum nutante breui cœlum dabit axe ruinam,
Et tandem falsum non sinet esse Deum.

Anno Dñi. M.D.LII.
Consiliar. Nicolao Ribeisem Procuratorib.
Melchiore Haintzl, & Carolo Bombergo
In Lapidea tabula humi verò legitur.
SEPVLTVRA GERMANORVM IVRISTARVM.

---

37 Hoc Tumulo de RIZZARDIS ossa, & IVLIANIS Sanguine coniunctis concordi pace quiescunt quæ Rizzardus Pater, & Petrus Iulianus vnanimes posuer.

Anno Domini M.DC.VII.

---

38 BERNARDINVS FORTIBRACHIVS

In media fermè basilica, à parte Septemtrionali, in loculo ligneo, panno serico cooperto, in sublimi posito, appensis vexillis & victricibus signis iacet Comes Bernardinus Fortibrachius insignis tribunus Venetorum, illustris Brachij eorundem Venetorum Ducis filius: de cuius gestis Campana integrum volumen edidit. Obijt autem Bernardinus Anno Salutis M.D.

---

39 *In Sacello familiæ Doctæ.*

Anno Domini M.CCC.LXXX. indictione tertia die vltimo Decemb. Nobilis, & Egregius Miles D. FRANCISCVS de DOCTIS dotauit hanc Capellam his conditionibus, & pactis habitis cum Priore, & Fratribus huius Conuentus, videlicet, quòd dicti Fratres semper, & in perpetuum omni die teneantur, & debeant celebrare, seù celebrari facere vnam

Missam pro anima dicti Domini Francisci,& Defunctorum suorum; Item quod in ista Capella nunquam sepeliri possit, vel debeat aliqua persona cuiuscunq; conditionis existat, nisi fuerit de stirpe, & de domo Doctorum; & de supradictis stipulatum, & factum fuit publicum Instrumentum per Joannem Pessolatum publicum, & Imperialem Notarium.

---

40 *In eodem Sacello humi.*

Hic iacet Nobilis, & discreta Dña Dña DIAMANTE Vxor quondam Nobilis, & prudentis Viri Domini Pauli de Doctis, quæ obijt anno Dñi. M. CCC. LXXI. die martis XVII. Augusti, cuius anima requiescat in pace Amen.

---

41 *In sacello B. V.*

NICOLAO Sauonarola Doct. & Eq. M. CCCC. LIV.
ANTONIVS Sauonarola Rest. M. D. LXXXV.

---

42 Maiorum Sepulcrum nimia vetustate diruptum
IVLIVS Bradiolus Iur. V. Doct. restituendum curauit
Anno M. D. XIC. Ætatis suæ LXV.

---

43 ALBERTO de Alia Nobili Patauino optimo, Michael, & Franciscus filij sibi, ipsis, ac suis de sua Familia Monumentum hoc F. C. Mense Nouembris M. D. LXXV.

---

44 Hæc est sepultura Nobilis Viri FRANCISCI de Rustica
M. CCC. LXXXI. die XIII. Maij.

---

45 Hic iacet Franciscus Antonius filius Antonij de Rustega
Nobilis Patauinus, qui obijt 1482. die 22. Decembris.

---

46 Angelæ, & Bernardo pientiss. Matri, ac filio superstites
filij Franciscus, Petrusq; BOTTONI P.
Anno Salutis M. D. XLI.

AL-

47 ALBERTINO Barisono huc eius ex gentilitio Monumento peruetusto translatis ossibus Carola Zabarella Barisona Vxor sibiq; & suis posteris moriens pon. mandauit.
Nicolaus, Marcellus, & Vgolinus filij obsequentissimi posuerunt. Anno Dñi. M.D.XCV.

48 *Natis, & qui Ætherea eruentur aura*
Ne seclum his careat Deum rogamus
Ex BARISONEA ..tenta prole
Commune omnibus istud est sepulcrum.

49 Hic iacet Dominus IOANNES de Vitalianis
de stirpe Vitalianorum.

50 Domino Antonio Jur. Vtr. Consultiss. Nobili Patau. olim Barthol. nato ex Clariss. ac vetustiss. de ZACCHIS Familia, succedentibusq; Antrum hoc cinerum piè in memoriam dicatum est M.D.XXVIII. die 3. Maij obijt.

51 *Sepulcrum Familiæ Capiuacceæ cum literis corrosis.*

52 Ossa Excell. Marci, ac Julij Fratrum de PALAZOLLIS, ac aliorum de Familia iacent hic.
Vitus frater Not. Coll. ætatis suæ annorum LXXIII.
fieri curauit anno Domini M.DC.XXV.

53 Hæc sepultura est Nobilium de GAIARDIS
An. M.D.X. . . . .

54 Anno Dñi. M.CCC.LXII. die Jouis XXI. Mensis Aprilis debitum persoluit vniuersæ carnis, & hic quiescit Vir prudens, & discretus Azo Dominus Bagoti de Solexino seruus seruorũ Nobilium, & Magnificorum Dominorum, Dominorum de Carraria, cuius anima per misericordiam Dei, nec non, & præcibus Beati Antonij requiescat in pace.

In

55 *In Peristylo.*

LVDOVICVS IN LEONROT

D. O. M.

Ludouico in Leonrot, & Dietehophem Eq. Franco Adolescenti, & summo inter suos loco nato, & natura modesto, Qui cum in hac Vrbe studiorum gratia, non tantùm Germanis Popularibus suis, sed hominibus etiam Italis carus viueret, febre oppressus feruentiss. interijt VIII. Id. Maias an. M.D.LVII. Joh. Gregorius ab Leonrot Patruus, & Philippus frater mœstiss. P.C.

56 IOANNES PASSARA

Artibus egregijs veris medicatibus ingens
Famosus doctor notus in orbe fui.
Ianua me genuit stirps Passara clara Ioannes
Nomen erat fragilem quem breuis vrna tenet.

57 STEPHANVS LAMBERTVS LVCEN.

Stephano Lamberto Jo. Bapt. Patricij Lucen. filio, qui ob incredibilem morum, & sing. ingen. præstantiam, assiduosque in Ciuil. stud. labores nulli vnquam, dum viueret, creditus est Vitalis Patauij defuncto Parentes Michaelq; Frater mœstissimi posuerunt. Obijt XIV. Kal. Maias M. D. LVIII.

Anno Æt. suæ Climact. XXI.

58 BEATRIX PALAVICINA

Hic iacet recolendæ memoriæ Domina Beatrix de Palauicinis de Parma Marchiona Varrani, & Pelegrini,
Quæ obijt ann. Dñi. M. CCCC. XXXVIII. die XXII. Januar.

59 EDVARDVS CORTENAV.

Egregius, & strenuus bonæ memoriæ miles Dñs Eduardus Cortenau Anglicus natus Illustris Comitis. ∴ ∴ ∴
Inclyti Regis Angliæ sor. ∴ ∴ ∴

Epita-

60 Epitaphium Reuerendo, ac generoſo Domino
Andreæ Chmalczouoskij Cantori Vitilen.
Eccleſiæ ſcholari Patauien.

Ceruicem mihi fregit equus dum ludo, ſodales
Hunc cineri tumulum compoſuere meo.
At vobis vel ob hoc meritum dent fata reuerti
Omnibus in patriam, quod vetuere mihi.
Curauit tabulam nobis Laſienſcius iſtam
Quem meritis faciant creſcere fata ſuis.

VII. Menſ. Auguſti M.D.XLV.

---

61 BEATRIX TVRRIANA VERONEN.

Beatrici Vxori irrecuperabili, VII. natorum Matri medio Æuo partus difficultate prereptæ Hieronymus Turrianus Veronenſis Medicus viduati thori mœrore dolens Maritus ſuperſtes poſuit. H.M.H.S.

---

62 IACOBO Baroni libero antiqua Stubemgergia familia orto, qui cum ſexennium fermè honeſtiorum ſtud. cauſa Patau. verſatus, ac tandem febri XXVII. Febr. extinct. fuiſſet. fratr. mœſt. P. M.D.LIX. Ætat. verò ſuæ XVIII.

---

63 ANTONII LVDEI.

Muſicus, artiſta, Doctorq́ Pariſius iſte
Sub cæto Antonius marmore carne iacet.
De Lydo genitus mens cuius gaudet in aſtris.
Famoſo laudes nomine mundus habet 1385.

Dein Franciſci Saluij I.C. tumul.

---

64 THEODORICI MOLLERI

Patricij Hamburgenſis ingenij, & ſummæ expectationis I. C.
Anno M.D.LXIII. defuncti ætat. XXIX.
anno nondum completo.

Sepul-

---

65 Sepultura Commendabilis Viri Ser Iacobi Vulpis Draperij q. Ser Petri Ciuis Paduæ, qui obijt anno Domini 1424. die 20. Mensis Augusti.

---

66 Domini Iacobini Barbobi de Soncino, & Iacobi Nepotis & descendentium.

---

67 *Familiæ Corradinæ Stellæ sep. vetustate corrosum.*
Marcus Antonius Ioseph. filius inst. C. A. D.
M. D. XCIV.

---

68 ALOYSIVS Bellacatus Medicus, vixit annos LXXIV.
Menses IX. die XXVI. obijt anno Salutis
M. D. LXXV. XII. Cal. Decemb.

---

69 Sancto Lazaro 1486.

---

70 Antonio Auo, Ioanni patri, & Francisco Patruo Bartholomæus SFORTIA Iure Cons. Patauinus hoc monumentũ vetustate collapsũ sua impensa restituendũ curauit, ac sibi, posterisq;
Anno Salutis nost. M. D. LXII.

---

71 IOANNI Capiuacceo Auo, Bartholomæo,
& Rambaldo filijs
Ioannes illi filius, istius Nepos restaurauit
Anno Domini M. DC. V.

---

72 *Capiuaceorum sine aliqua Inscriptione.*

---

73 Sepultura Domini Bondi de Malfactis, & suorum hæredum, qui . . . . anno Domini M. CCC. XXXX. die III. Iulij.

Hic

74 Hic iacet D. ALEXIVS Iudex de Rogatis.

75 D. HENRICO Burgoricco sibi, ac Post. Franciscus Botus V. P.

76 Sepulcrum MICHELINI, & Petri Fratrum, & filiorum Ser Ioannis Vulpis, & eorum hæredum. Michelinus obijt M. CCC. LXII. indictione XV. die XIV. Nouembris.

77 *In pariete.*

ERNESTVS de & in Trautmandore Lib. Baro Ingleichenperg Negau. Burgau. & Tozenpach, dum fragrantem Auitæ gloriæ odorem noua doctrinæ, virtutisq; corona aucturus, in amœno Musarum prato flores legit, in ipso iuuentutis flore, floris instar, inuida fati falce concidit Pataiij anno M. D. die Mensi.

78 *In Pariete.*

Hic iacet nobilis miles Dominus MATTHÆVS de Cortosis, qui die primo mensis Nouēb. M.CCC. VIII. migrauit ad Dñm.

79 *In Pariete.*

D. O. M.

Amice Viator Mortis, sortisq; communis memor, siste paulum gradum pijs heic manibus ingenui verè iuuenis Iohannis Pet. Grundit Rip. Dani. Nobiliss. imorum ex Dania promicantium ΧΡΥΣΑΣΤΡΩΝ per Germaniam, Angliam, Gallias, & Italiam Comitis indiuidui, qui febri periodica diu afflictatus, piè, placideq; spei plenus in Xp̄o obdormiuit, mœrēs parentauit Ioh: Aquinallinus Danus Auunculus anno Salut. hum. reparatæ M.D.C.XIII. 3 non. Ianuar. Ast tu florens Italia, quæ hospitiū viuo, defunctoq; vrnam præbuisti, O si floreas Iugiter.

80 *Supra lapidem.*

IOH. PETR. Danus vltimam Tubam, signumq; Ducis summi heic expectat.

81 M.D.LVIII.

82 D. O. M.

Nos Titio GASPAR de sanguine natus equestri
Hic . . . Pruteni succina odora legunt,
Quam procul à Patria peregrinis hospes in oris:
Fatali Iaceo contumulatus Humo?
Si pietas virtus, si nobile stemma parentum,
Si doctrina necis frangere iura queant.
Inuida non vllo me tempore fata tulissent,
Vixissem Pylios, Nestoreosque dies.
Sed quia laudatos fera mors intercipit ausus,
Nequaquam poterant parcere fata mihi.
Annis maior erat mihi docta scientia legum:
Et vera duxi nil pietate prius.
In medio cursi, virtutis ad ardua tendens
Culmina, fata meos præripuere dies.
Patria me luget, fratres, mœstique parentes,
Queis desiderium triste relinquo mei.
Transiit Aethereas anima Immortalis ad auras,
Terrenum corpus terra caduca tegit.
Cum Tuba terribilem sonitum dabit æthere, surgam:
Semper, & æternum glorificabo Deum.

Obijt anno Salutis M.D.LXIV. XXVI. Januarij.
Vixit annos circiter XXIII.
Fridericus à Nostem frater extremi amoris ergo F. & P.
anno M.D.LXXIV.

Hic

83 Hic iacet prouidus vir IOHANNES de Monaco de Bassiano, qui obijt M.CCCC.LXXXVI. Die VII. Mensis Sept.

84 D. O. M.

IOANNI Ferembergero ab Egemberg Nob. Austr. Austriæ superioris Camerario Hereditar. Seren. Archid. Austr. Ernesti à Triclinio viro virt. ac sapientia celeber. quem Asiæ, Afric. Europæq; prouincijs multo, ac difficili itinere peragratis, tandem quartùm in Italiam reuersum, mors in patriam, & amicos iniqua vita eripuit, hæredes P.C.

Vixit Annos XLVI. M.V. D. VI.
Mortuus Anno M.DC. X. Nouemb.

85 D. O. M.

THEODORO Moller, Nobili Germano ex Gambriuijs Oriundo, qui summa ingenij felicitate doctrinarum orbe ante annos absoluto cum Iurisprudentię sacris initiatus magna Germaniæ, & Galliæ parte peragrata excellentis doctrinæ, & singuris iudicij rectitudine viros principes in amorem, & beneuolentiam certatim adduxisset, in Italiam profectus, dum indefesso conatu studiorum metam consequi properat, immatura morte præuentus ingenti patriæ, familiæ, & amicis sui desiderio relicto feliciter decedit Ioachimus I.C. Heberhard Reip. Gamb. Cos. Heinricus, & D. Iohannes VV. amplifs. frat. Germani desideratiss. fratri hoc amoris, & pietatis extremum officium exoluerunt. Vixit anno XXIIX. M.II. D.XXIV. obijt anno nouiss. temp. M. IↃ. LXIIV. Consobrino S. B. merito.

Eberhard Tvvestrengh procur. M. IↃ. LXXV.

86 Hic ex conspectu humi cubat Excel. Artium, & Med. Doct. Dñs HIERONYMVS Lambertus nob. Brixianus, & Ciuis Pat. fundator Coll. DD. Brixianorum Artistarum apud sacras D. Luciæ ædes.

87 D. O. M.

ACHATIO Guthetero nob. Polono, qui iam inde à primis annis ad domesticarum laudum memoriam, antiquissimæq; familiæ suæ gloriam ita proprium decus adiunxit, vt nulla vnquam præclarè agendi occasione prętermissa, pietate erga Deum, vitæ modestia, & innocentia erga homines, humanitate verò atq; incomparabili fide erga amicos primam laudem facilè sibi consiliarit, cum, nobilibus Germaniæ, Galliæ, Angliæ, atq; Italiæ Ciuitatibus perlustratis, propediem in Patriam redire statuisset, fatali casu, heu, duris fatis concedens in cælestem patriam commigrauit. Obijt postridie Calend. Aug. anno ætat. suæ XXV. Redemptionis verò M. D. LXXXI. Erasm. Casp. Valer. & Lucas fratr. pientiss. cum lacrymis P. C. Procur. Iohanne Muselio Soldinensi Marchiaco.

88 *Monumentum sine vlla inscriptione, sed solùm cum vno malleo, & incude.*

89 Hoc sibi, & posteris IACOBVS Malclauel. Not. Pat. viuens parauit An. D. M. D. XCVIII. die XX. Aug.

90 Hoc est sepulcrum MICHAELIS filij Domini Iohannis de Mapheis, heredumq; dicti Domini Iohannis, qui obijt anno Domini M. CCC. LXXI. die XXI. Julij, cuius anima requiescat in pace.

91 M. D. XC. VIII.

92 ENSELMO Cardanensi Manfredi F. Ambrosius, & Franciscus fratres pientiss. posuer. M. CCC. XC. VI. Cal. Maijs.
Ioannes Enselmus Manfredi filius restaurauit.
M. CCCC. XCVI. Cal. Maijs.

Ossa

---

93 Oſſa Illuſt. & Gener. D.D. MATTHIÆ Volkardi Lib. Bar. ab Aurſperg. in VVeichſlpach. Camer. Hæred. Carn. & Sclau. &c. ætatis ſuæ XXVII. piè defuncti ſub hoc tumulo repoſita XVI. Octobris M.DC.XLIV.

---

94 Sepultura Mag. Bœniamini Seilarij q. Gelini de contrata Sancti Andreæ, & ſuorum h. qui obijt M. CCC. LXIX. die XXVIII. Octobris.

---

95 D. T. O. M.

Ill. & Gen. Adul. q. Georg. Eſen. Bar. ab Auſperg. in Burgſtal. Cam. Hæred. Carn. & Sclau. &c. in Ital. ingr. ipq; ſ. æt. flore cum vid. an. XIII. M. V. D. II. nat. in Auguſtiſs. hoc Pat. Gym. ſtud. gr. ſal. xxix. D. commoratus fuiſſet (heu malum) præm. morte ex infeſtiſs. morbo diſs. cũ febre petecchiali X. D. menſ. Jul. anno M.D.XCI. extincto fil. S.E.P.N.V. Mat. mœſtiſs. cum Fr. Conſ. pientiſs. R. E. H. M. P. C.
PR. E. V. D. Q. PR.

---

96 *Me grauat in vita ventris dolor ilia fluxu*
Me ſtimulant acri febris acuta necat
Scilicet offenſa eſt regio nocet Æquor, & Æther
Nec mihi Temperies corporis ipſa fauet.

---

97 *Sedibus è patrijs traxerunt fata retractus*
Occuper, vt Patria fata per inde ſequor
Sic mihi quæ eripuit Patauinis forma Lycei
Gloria Cœleſtis retulit alma ſcholæ.

---

98 *In pauimento iacet petra cum litteris,*
quæ non intelliguntur.

En

99 En tibi iuuentus adolescentis monumentum,
Cuius cum mortem defleueris vitam imitere.

IACOBVS hic Titiani eq. F. Vecellius Cadubriensis Charitum, Phœbiq; deliciæ, cui nihil vnquam præter formam tribuit Venus. Huic à puero desciplinis optimis probè exculto Vtini primùm diu, mox Patauij per quadriēnium legum iam candidato, eximia probitate, ac pudore summè amabili, quem quasi per transennam conspectum nobis auida rapuerunt astra, cœlo digniorem lacrymans Pater P. obijt anno Salut. M.D.XCVI. sexto Idus Aprilis ætatis suæ anno XXI.

I A. C. O. B. I.

Intus adest cortex olim bonitatis imago,
Vita etenim Cœlo est lucida iuncta Ioui

V. E. C. E. L. I. I.

Ne lauream in Cœlum referis duplicem
Casto priorem cum nequiuisset Venus.
Auferre condidate Iuris alteram
Iam iam paratam inuidit Atropos tibi.

---

100 *In pariete sub statua.*

MATTHÆI Macigni Roberti F. Art. doct. ossa hic sita sunt.
Florentia oriundus. Venetijs ortus est.
Patauij Obijt pridie Cal. Septemb. anno Dñi. M. D. LXXXII.

---

101 *Duæ Sepulturæ absq; litteris.*

---

102 *Sepulcrum cum litteris vetustate corrosis.*

---

103 *Duæ alteræ sepulturæ cum literis non ita notis.*

---

104 Hospes, ossa hic requiescunt pijssimæ Matronæ MARIÆ Bernardi Antuaerp. Hoc istæ maritali affectione, & memoriæ defun-

defunctæ mœstissimus viduus Gerhardus VVilandi Incl. Nat. Germ. facul. Iurid. viator P. G. obijt IX. Martij anno M. D. C. XVII.

---

105 *Petra absq; titulo.*

---

106 Hæc sepultura est Societatis Teutonicorum facientium Sot. lares, quam fecerunt fieri an. Dñi. M. CCCC. XXXVII. de Mense Februarij.

---

107 *In pariete.*

D. O. M. A. R. M.

GVILIELMVS de Nesselraid in Ereshof Ducis Iuliæ Eliniæ Montiũ Escan. & Dem. à secr. Concil. mœstiss. Pater Guilielm. filio caris. qui cum Gall. & Ital. perlustrasset, ac iam virtut. Doctr. & mor. æq. ornat. de reditu in Patriam cogitaret, Patauij piè quidem admodum, sed nimis immaturè, diem obijt Anno M. DC. V. Jul. XXIV. Exiguum hoc magnæ virtutis monumentum poni curauit.

Humi.

Sepultura Nob. Guilel. à Nesselrait
obijt XXIV. Julij M. DC. V.

---

108 *In pariete.*

D. O. M.

CORNELIO Veden Hamburg Viro integerrimo ex itinere Venetias redeunti Patauij fato præcoci abrepto Collegæ desideratissimo Rodulphus Olufs. P. C.
Vixit ann. XXXVII. obijt XXVIII. Nouemb M. DC. XXXIX.

---

109 S. D. G.

Non hic est LVDOLPHVS Abassreburgh sed fuit, & erit, nec Germania amplius, sed cœlum Patria est; Ex nobilissima fami-

familia fuit ortus in familiam Christi est adoptatus, quos dereliquit in terris tristissimos, expectans videbit in cælis lætissimos, pientissima vita, morumq; integritate fuit ornatissimus, volensq; ex Italia in Galliam ire, atq; hac peregrinatione mentem plus informare ad naturam accessit, primamq; eius impleuit legem, idq; fecit XXVI. die Julij anno M. DC. IX. ætatis suæ XXII. hæc non tam omnium cognatorum, quàm nobilissimi huius iuuenis defuncti fratris, qui hoc Epitaphium erigi curauit, testantur lachrymæ, quibus viator ni moueris non tam ferus, quàm ferreus, & mortuo mortior iudicare.

Quam bene. Qui vixit
Benè qui benè mortuus,
Illum in terris remanet
Laus, & in axe salus.

Humi.

Ossa Nobiliss. Ludolphi ab Asserburgh piè defuncti
XXVI. Die Julij Anno M. DC. IX.

---

110 TOMASO da Bologna Masoto.

---

111 Hoc sub tumulo requiescit nobilissimus Dn̄s. Otto
D. Arnimb. M. BR.
Qui I. Januar. die an. M. DC. XIIII. piè obijt.

---

112 *In Pariete.*

D. O. M.

ADRIANI Spigeli Bruxellensis Equitis D. Marci Medici Anatom. & Chirurg. insignis, qui cum post varias peregrinationes in Gymnasio Patauino nouem annis Anatomiam, & Chirurgiam in primo loco indefessa industria administrasset, summamq; doctrinam varijs editis scriptis orbi testatā fecisset, Requiem hic reperit, quam viuus non inuenit; P. mœsta coniux Prudentia. Obijt VII. Id. April. anno seculari M. DC. XXV. ætatis anno XLVII.

Prodi-

Prodidit, adiecit, secuit cum laude perennis.
Abdita languentis corpora Spigelius.
Cingitur hoc saxo corpus, sed spiritus astris.
Hæc sunt virtutum præmia, lector abi.

---

113 VIATOR
Fui quod es, sum quod eris.
BALTHASSAR Adoberitz Eques Marchiacus Germanus, quem nec nobilitatis splendor, nec virtutis gloria, nec flos ætatis à morte defendere poterant Patauij an. M. DC. V.
Humi.
Heic iacet nobiliss. Dn. Balthassar Adoberitz, qui obijt VII. Idibus Nouembris anno M. DC. X.

---

114 *Humi.*
D. O. M.
Et mem. perpetuę Dñi D A N. Fabini męroris
Plenus pos. Claud. Plum Danus.
Siste viator iter quo contemplabere sortem
Humanæ vitæ siste viator iter,
Cinctus eram patriæ commissum reddere clarum
Nobilitate virum Ach Ecktie viue vale.
Dura, sed heu miserum me sorsq́ febrisq́ maligna
Iusserunt mortis ire perire vias.
Vngarus ante fui stemmate Fabiniano,
Artoq́ & auræ bis lustra quaterna natali.
Disce viator hora nihil esse incertius vnquam
Certius, & morte disce, viator, abi.
Obijt III. Feb. anno Incar. XVII.

---

115 *Humi.*
CAMPAGNOLÆ FAMILIÆ cineri
Celsus Camilli filius
An. Dñi. M. D. LXXXIX. Hoc restaurat. P.F.

116 *In pariete supra insigne.*

NIHIL HOMINE DIGNIVS
QVAM IN OMNIBVS BENE MERERI VELLE.

Sub Gentilitijs insignibus.

JOANNI CONRADO Heroldt ad Norgouiam Nobili Germano Franco, qui inaudita tantorum simul officiorum serie Dijs gratum annorũ numerum meritis ornauit, nam toto biennio, tum Aquilam Nat. Consiliarium extulit, ærarium auxit, Leges excoluit, priuilegia integrauit, Lauream Venetæ auctoritatis adcingendis instituit, se, & posteros, ac dignitate vicarios Prorectori absenti iure, non voto iussit ipsis mortuis beneuolus salutis beneficia erogauit annis, ac septimanis ad sacra illorum prolatis decretum Vniuersitati Prorector tanta laude præfuit, vt ad quarti anni regimen inuitus vocaretur.

Natio Germana Iur. Con. semper memor posuit
M. DC. XXXIX.

Ex insigniorum lateribus.

Consiliario Jo. Feder. Pa. Radeiser. L. Bar. Incuhaset
Gradisch. Duc. Char. Supr. & hered. venat.
Præfecto Carniolo.
Sindico Francisco VVeidemeyr Iu. D. Vesphalo.
Procuratore Gotfredo Reis. ab Hertenstaim Styro.

Aliæ dextrorsùm, & inferiùs deperditæ.

117 *In Pariete.*

D. O. M.

CHRISTOPHORO Iul Dano Natalium splendore, pietate, probitate, cæterisquè animi, & fortunæ dotibus conspicuo, Qui parentis viri generosi, ac stren. Dn. Ivari Iul Dn. de VVillestrup. &c. Regni Daniæ Senatoris virtutem æmulaturus relictis Germaniæ Academijs Mense, Julio Italiam ingressus. mense

Aug.

Aug. Dysenteria cōfectus magno sui desiderio vita piè excessit Patauij anno Sal. M. D. C.XXIV. æt. XXI. fratri germano non amisso, sed ex Paradiso terrestri in cœlestem præmisso extremum fraternæ pietatis monum. P. Accilius Iulius.

Humi.

Insignia Iuliorum Pasbergiorum hic ossa in Cœlo anima Christophori Iulij Dani antiquiss. Equestri familia oriundi, qui 27. Augusti dysenteria correptus I. Sept. suis inopinatus abripitus Ætatis suæ XXI. Salutis M.DC.XXIV.

---

118 *In Pariete.*

Pijs. manibus.
Strenui. &. nobiliss. Dn.
MELCHIOR. Friderici ab Hunigke.
Equitis. Germani.
Viri. ingenio. & virtute. supra. ætatem.
Cuius. præcoci. & inopina. morte.
Lugent. ac. dolent.
Amissa.
Bonum. suum. Patria.
Solatium. Parens.
Amorem. Fratres.
Officium. Amici.
Beneuolentiam. Cuncti.
Vixit. pius. annos XXII.
Obijt. diem. suum. Patauij.
VII. Decemb. anno. M. DC. XXIII.

Humi.

Cum forma
In Christum fiducia
Inopinata morte obijt
Nobiliss, ac strenuiss.
Dn. Melchior Fridericus

Ab Hunigke. German.
Die VII. Decembr.
Anno. M. DC. XXIII.
Cuius ossa hoc sub lapide
Lætum expectant
Christi Aduentum.

---

119 *Humi.*

VVOLFANGO Lasser Iurisdictioni VVindisch Matray territorij Salisburgensis Præfecto, cui ingrauescens morbus spem salutis mors ad patriam reditum occlusit hic Pataiij VI. Augusti A. M.DC. XL. Mœstiss. Vxor. P. E.

---

120 JANVS Kaas Thomæ fil. Cimber Dn. Orndrup. heic situs fatis inuidiam facit, quæ genere indole, virtute præcellentem, magna orbis parte ad capiendum animi cultum peragrata, Pataiij depræhensum primo ætatis flexu acerbo funere merserũt.

Annos natus XXII. Obijt IV. Id. Decemb.
Anno Dom. M. DC. XXXIIX.

---

121 VIATOR ADSTA

Et vicem dole viri Iuvenis Nob. & Polit. D. IO: CHRISTOPH. Felcenhaveri Misn. Hæredit. in Riss. . . qui peregrinationibus totius Germaniæ, Holland. Ang. Gall. Italiæ Patriam adire constituens febri maligna obijt Patavii Die XII. Nouembris Anno M. DC.XXVI. Eius ossa hoc teguntur lapide.

---

122 Hic requiescit Nob. D. VVolgangus Sebastianus à Sechendore. Obijt anno M. DC. XV. Die XXVIIII. Julij.

---

123 Hic requiescit nobilissimus Iuvenis GVIGIELMVS Conradus Ameusenburgh in Zusc. . . . . . T. XIX. Oct.

Sangui-

124 Sanguine, & virtute clarus Dn. HERMANNVS
ab Hachten Hamburgensis utr. Iur. candid.
Patavij febre maligna ult. Septembris extinctus.
. . . . coelis
. . . . recubat

125 Hic requiescit nobiliss. & strenuiss.
V. D. SIGISMVNDVS Bernhardus Rauber
in Reinegg &. . . . Ri Trichsen.

126 Hic tandem quiescit Prænob. & Gen. D. JVLIVS ab Eisinga è Frisia Occcidentali oriundus, qui, dum ad suos redire cogitabat, in cœlestem patriam transiit, ac peregrinationem suam, quam vitam vocamus, XXIV. ætat. anno finivit finiente
Mense Januar. M.DC. XLVII.

127 *In pariete.*

Gradum siste, & contemplare peregrè conditos cineres nobilis viri IVLII ab Eysinga, qui Frisiæ patriæ flebilis occidit, dum extra patriam in patriam transijt, sed illustri atq; infracto Belgæ, non fuit gravior foris quàm domi mors, ubi vis in Coelum subsilit animus originis suæ memor, æternum ibi dum gaudet, & tu lætare. Obijt an. M. DC. XLVII. Prid. Cal. Feb. ætatis verò suæ XXIV.

128 *Sepulcrum vetus cum imagine militis dormientis, cuius circo literæ vetustate corrosæ vix cernuntur.*

129 *In compluvio.*

Sepultura Otoroli de Mediolano filij q. D. Dionysij de Mediolano, & suorum hæredum, qui obijt M. CCC. LXXVI. de Mense Nouembris.

Hæc

130 Hæc est sepultura D. Razaerij Beccarij
Dñi Marcoleni de Iambris,& suorum.

131 . . . CCC. LX. Die . . . . .
Obijt . . . . de Montegaldela
& hoc est sepulcrum eius, & suorum hæredum.

132 *In Templo.*

Marco fratri, Marco filio, & Paulæ uxori cariss.
Nicolaus Boniac. Schola
H. M. I. 1479.

133 Franciscus, & Rambaldus Marascalcus sibi Margaritæ eius uxori cariss. & Andreæ nepoti, suisq; posteris Pijss. pos.
Anno Dñi. M. D.LXXX. die I. Decembris.

134 Sepultura eximij Legum Doctoris D. IOANNIS
de Prato, & suorum hæredum.

135 *Supra Altare.*

BARTHOLOMÆO Montagnanæ Medico Inclyto
Maria filia pientiss. posuit.

136 *Sub statua anea.*

IOACHINO Bellengherio Alex. F. Pat. Pont. Cœs. q; Iur. corona insignito, in causis verò forens. tuendis nulli secundo simulacrum hoc æneum ad uivam effigiem ductum, ut illius memoria posteris asservetur Francisca, & Antonia Sor. fratri benem. vnà cum munumento fac. cur. M. D. LXIX.

IOA-

137 *Humi.*

IOACHINO Bellengherio Civ. Pont. q; Iuris peritiss. atq; in forensibus agendis causis summa cum gloria versato Francisca, & Antonia Soror. mœstiss. H. M. F. C. Vixit an. LXV. Obijt anno M. D. LXVIII. III. non. Brum.

138 Pro ossibus FRANCISCI Mazzæ clerici Sylletini, qui honestè servivit car. fr. Pisano an. XLII. vixit an. LXXXVIII. Obijt an. M. DC. III.

139 Sepulcrum Egregij, & nobilis

. . . .

. . . .

& successorum. Eius anima in Xp̄o requiescit, corpus verò sub hoc marmore tegitur.

140 ANTONIVS. . . . . . .

Pientissimi charissimo fratri Francisco

. . . .

Anno Salutis M. CCCC. LXXX. Cal. Novembris.

141 *Supra Altare illorum de Saluionis.*

ANTONIVS Saluionus olim è vita excedens piè exequi iussit. Hoc mœstissimi parentes non modò perfici, verùm & grauioribus etiam expensis proprio ære opus ipsum in ampliorem hanc formam à fundamentis vsque extrui curarunt.

Anno Domini M. DC. XX.

Humi supra sepulcrum.

D. O. M.

Liuianus Saluionus Patauinus hoc monumentum viuens sibi, posterisq; suis faciendum curauit Anno Dñi. M. DC. XXI.

Humi

142 *Humi propre Sacrarium.*

Pietatis immobilis erga parentem optimum, & virum integerrimum BARTHOLOMÆVM Placiola Patauinum filij hunc ei, & sibi, & posteris tumulum statuere.

143 IOANNES ANTONIVS Vergi
sibi viuenti præparauit M. DC.

144 PAVLVS de Madijs P.C. exilio cunctorum mortalium expleto hanc sibi posterisque Domum parauit.
R. A. D. M.D. XC.

145 *Qui vt pereni luce potiretur*
Exiens tetrum corporis carcerem
Optimo Sacrum instituit Deo
Spolijs quoq; tumulum posuit.
M. CCCC. LXXXXII.

146 *In Pariete.*
M. CCCC. XCII.
DIVIS THOMÆ APOSTOLO, AC HIER. DOCTORI
PASQVALINVS Mastellariensis I.C. Pat. dicauit.

147 *Supra minus Ostium.*
BASSANVS LANDVS FVERAM.

148 *Humi*
Sibi, & posteris Mag. Thomas Selarius.

149 LVCIÆ Matri charissimæ, & hæredibus à Pace Scala I.C.
M.H. positum M.D. LXXVIII.

150 Hæc est sepultura Dñæ AGNETIS dictæ ALBÆ, & suorum hæredum M. CCCC. XXXX.

151 *Soluti hic iacent, quos MONICÆ Zona ligavit.*
M. DC. XXXIII.

152 CONFRATRIBVS
Cinctu, & habitu S. MONICÆ insignitis
Anno Salutis nostræ M. DC. XXXIII.

153 Consororum Cincturatarum cineribus
M. DC. XXXIII.

154 Hic iacet Nobilis miles, & Comes . . . . .
De Montevrt, qui obijt sub anno Domini
M. CCCC. . die VI. Septembris.

155 CONSTANTIÆ Leonissæ ux. car. Divinis, humanisq; dotibus ornatæ Aug. Campaniesiensis Medicus coniux pijs. fieri iussit. M. D. II.
Vixit Ann. XV. Virg. M. VI. nupta.

156 Nobilis DOMINICVS Ciera V. sibi, posterisq; suis.
M. D. XXIV.

157 *Sepulcrum cum marmoreo lapide familiæ Qualeæ absq; titulo.*

158 *Ponè gradus Aræ majoris.*

Aves scire viator, quis hic requiescat, est nomine CAROLVS de Liberon patria Gallus Aquitanus re, & merito Eps, & Comes Valentiæ, & Dîæ, nosti, si hæc ad insignes eius virtutes di-

Z rexeris,

rexeris, quæ sola Mundi urna capiunt. Obijt anno à partu Virgineo M.DC.I. ætatis suæ LXIII. Die XVII. Sept. perpetuum hoc animi grati, & obseruantiæ monumentum dilectiss. eius nepos, & hæres Lysander de Loberon mœrens P.C. Non vita quæ ad mortem sed mors quæ ad vitam.

---

159 Juliæ Matri pientissimæ, Bernardo, & Joanni fratribus Charissimis, & Albertino nepoti Nicolaus Bottonus ex testamento, & sibi anno M.DC.XXX.

---

160 Sepulcrum maiorum suorum, sibi, & posteris GASPAR Gaius Mag. Civitatis Canc. restaurari curavit. Anno Domini M.DC.XXIII.

---

161 *In Sacello Nob. de BAGAROTTIS*
Sepulcrum cum litteris penitus corrosis.

---

162 *In Cœmeterio.*
Hic iacet D. CONRADVS de Manardinis.

---

163 *In Fragmento.*
HIERONYMO Bono Gabriel F.

---

164 *Sepulcrum cum stemmate Leonis.*

---

165 Sepultura Frataleæ S. NICOLÆ de Tolentino existente G. Ant. de Mutonibus condita A.M.CCCC.XCIII.

---

166 Hæc est Sepultura Mag. NOVELLI Medici q. D. Gujelmi de Marano, & suorum.

---

167 Sepult. . . . . & suorum hæredum, qui migravit ad Dominum M.CCC. Die III. Julij.

In pe-

168 In perennem memoriam R.P. Sacræ Theologiæ Mag.
SIMONIS BRAZZOLATI PAT.
Qui pulchro ornatu ſacras reparauerat ædes,
Poſſides ex meritis regna beata Simon.
Et modo, quæ ſtudio fuerat ſcrutatus, & arte,
Omnia in æterno nunc legit ipſe Deo.
Vixit annos LIX. menſes VIII. dies III. Obij verò IX. Cal. Aug. M.D.LXXXX.

---

169 *In pariete Dormitorij Orientem versùs.*

M. CHRISTOPHORVS Patauinus Fratrum Auguſtinianorum Generalis Dormitorium temporis iniuria quaſſatum in ampliorem ſplendoremque formam ſua impenſa reſtituit.
Anno Salutis M.D.LXVI.

---

170 *Meridiem versùs.*

Ad vſum ſalubrem perpetuum fratrum Nouitiorum, qui hoc in ordine, & Conuentu Heremitano erunt, fabricatum eſt Dormitorium iſtud opera, & benignitate virorum prudentum Joannis Sulimani, Franciſci Capitalis, & Joannis de Iudaica Commiſſariorum, & pias ad cauſas diſpenſantium bona honeſtæ quondam Dominæ Catherinæ à Caligis filiæ quondam, & hæredis Vbertini à Caligis de Padua Anno Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti M CCCC XXVII. Magnificis, & generoſis Dominis Bartholomæo Nani Poteſtate, & Bartholomæo Mauroceno Capitaneo Paduæ.

---

171 *In pariete Noſocomij.*

Tibi Sanctiſſime Chriſte pro nobis Hoſpiti, & Infirmo hoc iamdiu deſideratum opus non minus pium quàm neceſſarium Prior ac Patres Heremitani Cœnobij tandem erexere Anno Domini M.D.LXXXIII.

Communi Hoſpitum, & Infirmorum vſui, Patrum item minoris gradus huiuſce domus alumnorum commodo ædes ſolo extructæ MDLXXXIII.

---

172 *In veſtibulo Sacrarij.*

Humi.

Sepultura R. D. JOANNIS Epiſcopi Daualenſis
MCCCCXXXXI. die VI. Julij.
Ordinis fratrum Heremitarum S. Auguſtini.

---

173 *In pariete.*

CHRISTOPHORVM Patauinum magni nominis Philoſophum, ac Theologum, Auguſtinianæ Religionis per annos duode viginti gubernatorem Generalem, ſummis Pontificibus chariſſimum, in Concilio Tridentino de Republica Chriſtiana optimè meritum, ad omnium Auguſtinianorum commodum, dignitatemque tuendam diuinitus datum, hic Conuentus parenti ſuo benigniſſimo immortaliter deditus, immortali colit veneratione.

Obijt anno Salutis MDLXIX. vixit annos LXIX.

---

174 EVANGELISTA Boſius Pat. Auguſtinianus non minùs vitæ ſanctitate quàm doctrinæ præſtantia celebris multas Religionis ſuæ Academias ſua ſcientia illuſtrauit, Philoſophiam in Romano Gymnaſio multis annis publicè profeſſus eſt, ac tandem annos quinquagintaſex natus non ſine rei litterariæ jactura Romæ diem extremum obijt anno Domini MDXCIII.

---

175 MICHAELANGELVS Ruſconius Pat. quem Theologorum nemini ſecundum, tum Auguſtiniana Religio docentem, tum Italiam Concionantem obſtupuit, ad Monaſterium, & Prouinciarum regimen ſæpe vocatus ob ſapientiam, vitæ integritatem, morum ſuauitatem Principibus, & S. R. E. Proceribus

ribus charus post annos LXIII. magna cum sui nominis celebritate peractos omnibus sui desiderium relinquēs postremum diem obijt. Vt autem posteritas haberet, quod admiraretur, hoc sui amoris pignus R.D. Frāciscus Mazza bono amico F.F.

Obijt MDC II. Kal. Sept.

---

176 R.P.M. JACOBO Caponato Pat. Collegij Theologo, pietate, facundia, prudentia, & comitate singulari prædito, intimo, & comiti indiuiduo F. Hieronymi Seripandi August. Relig. Generalis Magistri, mox etiam Cardinalis Illustrissimi eiusdem Familiæ sæpiùs Præfecto, & negotijs grauissimis apud Cæsarem, aliosque Principes perfuncto, à multis præterea Illustrissimis S. R. E. Card. Madrutio præsertim, Sabello, & Saluiato expetito, & honestissimis conditionibus inuitato, de Clero Patauino, & Vrbe vniuersa, susceptis in censu reformando magnis laboribus, & nauata in Virginum Domo erigenda opera, optimè merito, multorum Monast. Priori, Prouinciali, & Vicario Apostolico vigilantissimo, Patauino ter Priori, cuius Ecclesiam lampade, & candelabris Argenteis, sacris Vestibus, multisque donarijs instruxit, Domum ędificijs auxit, & ornauit. Vixit annos LXXXVIII. Obijt an. M D CVI. VIII. Kal. Februarij.

Franciscus Saluionus Iuris Vtriusque Doctor
Amico incomparabili.

IN FANO ARENAE.

1 *Hic locus antiquo de nomine dictus Arena*
Nobilis ara Deo, fit multo nomine plena.
Sic æterna vices variat diuina potestas:
Ecce domus gentis fuerat quæ maxima diræ
Diruta construitur, per multos vendita mirè,

Qui

Qui luxum vitæ per tempora læta secuti
Dimissis opibus, remanent sine nomine muti.
Sed de Scrouegnis Henricus miles honestum
Conseruans animum facit hic venerabile festum.
Namque Dei Matri Templum solemne dicari
Fecit, vt æterna posset mercede beari.
Successit vitijs virtus diuina prophanis
Cælica terrenis, quæ præstant gaudia vanis,
Cum locus iste Deo solemni more dicatur
Annorum Domini tempus nunc tale notatur
Virginis in festo coniunxerat ordine palmæ.

---

2 DE PETRO HENRICO II. ET ANTONIA SCROVINIIS.

Inclyta progenies iacet hic Scrouinia Petrus
Armis atque animis, integritate, fide.
Dignaque iuncta viro est Antonia coniuge tanto
Clara quidem facie, clarior ingenio.
Duxit amor parilis longo concorditer æuo
Coniunctos, & nunc hæc habet vrna duos.
Hoc pateris, quisque huic si lumina flexeris, ora
Numen, vt amborum molliter ossa cubent.

IN ECCLESIA S. THOMAE APOSTOLI.

1 Benefactorum Sepulchrum.

---

2 Sepoltura delli Pellatieri.

---

3 Messer Domenego Tarta Pellatero fù figliuolo di Messer Zuanne Tarta M.D.XII.

CLA-

4 CLARA Torregina Oliueria.

5 BAPTISTA Pisanellus sibi, & hæredibus suis
Anno Dñi. M. D. XXXVIII. Die IV. Decembris.

6 *In pariete infixo marmore.*
Honorabiles viri Bertus de Reolda, & Franciscus de Reolda
fratres solatores q. Ser Andreæ de Reolda fecerunt fieri hanc
Capellã ad honorẽ B. JACOBI Apostoli, & S. BARBARÆ
pro animabus ipsorum, & suorum hæredum M. CCCC. V.
die quintodecimo Mensis Februarij.

SANCTI MATTHAEI.

1 Sepultura per li Huomini M.DC. X.

2 CONGREG. CORP. CHRISTI.
S. H. P. M.

3 *Anonymæ* 4.

4 Gio: Pietro Cusinato, & suoi heredi.
M.DC.X.

5 Sepultura Sacerdotum.

6 M. D. XXXXV. Die XI. Martij
Sepultura ABBATISSARVM S. MATTHÆI.

7 *Sepulcrum illorum de Scala cum litteris*
L. R. S. S.

In

8 In Cœmeterio intus.

Sepultura anonyma, & altera cum litteris corrosis.

Sub Dio.

9 M. DC. XXVII.

Fù fatto sot. la Massaria di Giacomo Zuccato, e Gio: Battista Donzelli.

IN ÆDE S. BARTHOLOMÆI.

1 Prope cratem Monialium in Ecclesia in saxo marmoreo rubro.

Mole sub hac Panici Comitis mortale reponunt,
Donec id Æternum sumere Christe dabis.

2 R.R. Moniales propinquis suis, & benefactoribus P.C.

3 R.R. Monialium quietis locus.

4 BERNARDINO Danielo Lucensi Poëtę Rhet.q. clarissimo, qui Hetruscos vates in primis coluit, opus & nunc in Elysijs comitatur, Petrus Carrarius, ac Io: Bapt. Rota Patauini vnanimes hospiti B. M.

5 MOROSINÆ PETRI BEMBI C.
MOROSINÆ Torquati Bembi Matri VIII. Id. Aug. M. D. XXXV.

6 *Extra Ecclesiam in pariete sacelli.*

MARCO Vngario Sac. Patauino hic Vicario, Bernardinus Scardeonius, Barthol. Caligarius, Aurel. Scapinus hoc semPiter-

piternum amicitiæ monumentũ B.M.P. Obijt ann. natus LX. Christi M.D.XLII. Non. Aprilis.

---

7 JOANNIS CRIBBI.

Heu iacet hic teneris sensu maturus in annis
Et grauis ingenua Cribborum ex stirpe Ioannes
Moribus insignis, titulis ornatus opimis,
Rectus in aduersis, patiens humilisq́; secundis.

---

8 MARTIÆ VBERTÆ.

Vir tua Ioannes Antonius ossa reponi
Hoc iubet Vbertus Martia Sarcophago.
Ante diem raperis numerosa prole relicta
Flenda diù natis flenda quiesce viro.

---

9 NICOLAI Zannotti Montagen. I.C. M.CCCC.III.
JVLII Arnosti Masei F. Ceneten. M.D.XXXVIII.

IN S. AEDE RR. PP. THEATINORVM.

1 D. O. M.

Sanctisq; Apostolis SIMONI, & JVDÆ piorum liberalitas à fundamentis restituit M.D.LXXXVI.

---

2 *Consecratio Ecclesiæ.*

Hanc ædem, cuius primum lapidem FEDERICVS Cardinalis Cornelius Episcopus Patauinus iecit, Antonius Zannotius Vrbi Archiepiscopus Deo, eiusq; Apostolis Simoni, & Judæ consecrauit X. Cal. Nouembris M.D.LXXXVIII.

---

3 BARTH. Sancta Cruce Archidiac. Pat. Obijt prid. Non. Julij An. Dñi M.D.LXXXVIII. ætatis suæ. XLIX.

4 D. O. M.

FVLVIÆ DOTTÆ Con. Vincentius de Doctoribus Maritus posuit.

Filia erat Palmæ, virtutum palma, renatum
Dum Christo fructum consecrat, astra petit.
Floret at hic pietas, morum decus, alma pudoris
Gemina, coniugij gloria. Palma Viri.

Obijt pridie Cal. Octobris M. DC. XXXVI.

---

5 *Conditi heic sine titulo*

JACOBVS Gallus I.C. cl. M. DC. XVIII. XXIX. Martij.
GALVANVS Ferrariensis Galli collega.
IOSEPHVS Ballus Theol. Panormitanus.

IN TEMPLO MONIALIVM. SANCTAE SOPHIAE.

In pariete Ecclesiæ ad portam Occidentalem Sepultura SANGVINACII stemmate insignita. Ad alteram portam Sepulcrum rubri saxi tribus stemmatibus, nempè, Familiæ PANICÆ, TOSONORVM, & de PERAGA. In Ecclesia verò ad Corpus B. BEATRICIS.

1 *Hoc iacet in tumulo pia nomine Virgo BEATRIX*
Quæ fuit ex animo diuinæ legis amatrix.
Marchio, quam genuit, Estensis, & Azo vocatur,
Coniuge Patre sata Sabaudia, comitatur.
Ista quidem gemma: quæ nunc super astra relucet
Cœnobium fecit, per quod Mons Gemmula lucet
Cum foret alta, potens, proba, nobilis & generosa
Clara, diserta, placens, præ cunctis, & speciosa,
Casta, modesta tamen, sapiens, & mente pudica:

Se fa-

Se faciens humilem, cæli fit regis amica,
Quæ quanto fuerit in mundo celsior isto
Tanto mente magis fuit hæc obnoxia Christo.
Gemmula mons gaude, qui tanta fungere laude
Istius, & mores, studeant æquare sorores,
Vt post Matronam mereantur habere coronam
Hoc quod fundamen posuit, faciat Deus, amen.
Anno Domini M.CC.XXVI. sexto Idus Maij.

---

2 M. CC. XXXXVI. vltimo Maij
Dō. PR. GERARDINVS de Bōn. Prior S. Sophiæ
fecit rædificari.
Magister Desiderius de Padua Murarius fecit.

---

3 Parietem hunc CC. XLII. ab hinc annos constructum jam iamq; vetustate corruentem LVCAS BONFIVS Patauus restituit, augustioremq; reddidit.

---

4 Hæc saxa nouis Cœnobij substructionibus suo loco mota, ne aliorum, ac suorum Majorum monumenta perirent AVGVSTINVS BONFIVS huius sacræ Ædis Præpositus hic poni curauit.

---

5 *A sinistra ostij Occidentalis Nationis Germanicæ Philos. Medicorum, ac Theolog. Monumentum.*

D. S.

GERMANORVM Theol. Phil. ac Med. Collegium, qui de gratioso suo ordine scientiarum, ac virtutis ardore à dulci suorum complexu auulsi vitam hic cum morte commutarunt, vt ceu viuos prosequebatur amore, sic piè demortuis pietatis cuncta præstaret officia, bonę eorū memorię hoc monumentū P.C.
Anno Christi M. D. LXXXVII.

Consiliario Thoma Fineckio Flensburgensi, Procuratoribus Roberto Keuchenio Iuliacēsi, Petro Paulo Hochstettero Tub.

Este salutati manes certissima Cæli
Nunc post limina atq; indigetes animæ,
Et vestrorum hoc infausto gaudete Nepotum
Ac sero officio pristinæ amicitiæ,
Quod Germani homines vestræ donauimus vrnæ
Custodem cinerum peruigilem hanc Aquilam.
Et desiderio, & lachrymis pia lauimus ossa
Ossa etiam ignoto non malè nota solo.

Exornatum absolutumq; Consiliarijs Antonio Batto Cimbro, Joan. Springero Viennensi. Procuratoribus VValf. Schillero. Bachouio Echt. Colon. An. Sal. M. D. XC.

Humi.

Sepultura Celeberimæ Societatis Germanicæ Dominorum Artistarum An. Sal. M. D. LXV.

---

6 D. O. M.

NOHÆ VVitteneue Gambriuio viro eruditæ doctrinæ, & legalis scientiæ laudibus præclaro in ipso ætatis flore immatura morte prærepto, Laurentius Pater pientiss. turbato fatorum ordine suauiss. filio contra vota posuit; piè moritur An. nouiss. temp. M. D. LXXV. Kal. Nouemb.

---

7 OLAVS Schangedorphius Danus hic situs est, qui post comparatum sibi peregrè in Germaniæ, Belgiæ, Galliæ, Italiæq; Academijs nobilium doctrinarum, & linguarum etiam Orientalium, prætiosam supellectilem appulit in portum veræ Patriæ Patauij, ubi mortalitatem exuit XXIII. Sept. an. M. DC. XXIV.

---

8 P. M.

Lectissimi Iuuenis REINHOLDI Pauelsen. Dantiscani Philos. & Med. Doct. qui lustrata German. Gall., atq; Italia

Patriam

Patriam dum meditatur, in cælestem Patriam euocatur XXIV. Jul. anno M. DC. XXX.

---

9 D. O. M. S.

BERNARDI Fuessij Francofurtani Marchiaci Medicinæ candidati Epitaphium, quid ipse sibi iam iam moriturus fecit.

Fuessius hic iaceo Patria Germanus at ortus
Quam Viader Marcæ culta Lycea premit
Mi Phœbus curæ, curæ Medicina recessus
Naturæ, & culti quicquid hic orbis habet,
Hæc ego cuncta domi dum ad vsa per omnia sector
Nec tamen ad mentis me saturo satiem
Hinc Italos adij matura ætate aditurus,
Inde alios passim est quot quot adire sophos
Voluitis nostræ, qui temperat omnia vitæ
Hic vitæ metam iussit, & esse viæ:
Nec renuo certus quodq; libauerat ante
Certius, & melius mens mea noscet opes,
Sic mihi terdenos atq; orto vita per annos
Acta est. Tu melius viue, valeto, & abi.

Obijt Tab. D. X. Augusti A. O. R. M. DC. X.

---

10 GREGORIO virtute, eruditione, atq; prudentia præstanti D. Christophoro Staincello Augustano Dominorum Artistarum, & Medicorum Consiliario dignissimo, ac in ardenti Filij Dei inuocatione, XXI. Januarij die, an. Sal. M. D. LXXXI. & ætatis suę XXIIII. piè defuncto mœstissimi parentes pietatis ergo hoc monumentum F. C.

---

11 Sepultura Magistri NICOLAI quondam Magistri Thomei Pellaterij de contrata Sanctæ Eufemiæ, qui de hoc seculo migrauit M.CCC.LXV. Indictione tertiadecima, & iussit, quòd aliquis hic non sepeliatur, nisi D. Meneghina vxor sua.

12 In sublimi loco Depositum cum figura lapidea
LODOVICI CORTVSII.

Astra Ludouicus scandens hoc marmore clausum
Me liquit hostum, carcer, & eius eram.
Cognomen Pataui concessit Cortusiorum
Stirps: legum, & canonum dilucidauit opus
Amborum miranda iura volumine paruo
Stant Alphabeto nomine nota suo
Ergo Galasiæ radiet in Zona Mariæ
Fundo præces piè.

Obijt M.CCCC.XVIII. XVI. Cal. Augusti.

13 Hæc est sepultura nobilis Viri NICOLAI

. . . .

14 BERNARDINO Chizolo, sibiq; & suis Polixena neptis Patruo charissimo M.D.XXIV. Quint. Kal. Februarij.

15 JOAN. Triuilla Ciui Patauino defuncto Franc. filius pient. pro se, & posteris. Obijt Anno M.CCCC.LXXXVIII. Idibus Aug.

16 *Ad Altare Bertoldorum legitur.*

Hāc Capellā construi fecit D. ANTONIVS Bertoldus Legum Doctor filius D. Francisci, & Antoniæ de Capezolis M.CCCC.XXVI. Priore huius Ecclesiæ Domino Andrea de Toxonibus.

Supra eius Sepulcrum.

Hic iacet Egregius Legum Doctor D. Antonius Bertoldo, qui obijt An. Dñi M.CCCC.XLVIII. die XIIX. Octobris.

Aloy-

17 D. O. M.

ALOYSIO Constantino Patau. Tabell. qui omnia sua stabilia infantibus Domus Dei expositis testamento dicauit Cœl Valdez. Pat.

Dictæ Domus Prior ponendum curauit M. D. LXVI.

18 D. O. M.

GASPARI Horuat Cipcio in nobili Familia apud Pannonianos in Tractu Bondigensi nato, summa probitate, & ingenio prædito, qui cum è Transyluania Patauium Litterarum causa se contulisset, atq; eos iam progressus in humanitatis studijs, & omni parte Philosophiæ fecisset; vt summa quæq; prope diem ab eo expectanda viderentur, in ipso ætatis flore prid. Non. April. An. à Christo nato M. D. LXV. extinctus est, Mater Cipcia mœstissima filio vnico H. M. P. C.
Martino Berzenichio, & Volphango Kouacio Pannonijs procurantibus.

19 *Sepulcrum dimidiatum cum Syrenæ stemmate.*

. . . . . rapuit Mundo sæuissima . . . .
. . . . . Domus cognomen contulit. . . .
. . . . . qui Iuris vtriusq; peritus. . . .
. . . . . quæ potens iustum defende . . .
. . . . . In libra prope Scorpium addere . .
. . . . . iter centum decimum tunc lec. . .
. . . . . atra dies Octobris septima . . . .

20 Hoc est sepulcrum nobilis Dominæ MICHELINÆ de Rub. vxoris q. nobilis viri D. Bartholomæi de Zacchis, in quo iacēt nobiles Dominæ, videlicet, Lucia de Anacis de Montesilice, & Dña Jacobina de Zacchis eiusdē soror, & vxor Legū Doctoris Egregij D. Petri de Zacchis M. CCCC. VI.

Anto-

21 M.CCCC. die II. Septembris.

Antonius quem Tusca . . . . . .
Dedit Ciuitella cacumen
Ambarum Iu. peritus legum
Summum per acumen
. . . . . docuit Patauij
. . . . volumen

22 PASCHALI Patri viro optimo D. M. Nob. Soldanus Artium Doctor, & Sacræ Medicinæ Professor sibi, & Hæredibus ex testamento legavit Die IX. Nouembris M. D. III.

23 *In pariete.*

JOAN. Caninio nob. Polono Iuveni probatissimo, cũ virtutũ, doctrinæq; insignijs iam iam esset doctorandus, Hectica sævissima prærepto Barth. Crum. Ruf. I.V.D. A. opt. M.P.C. Obijt M. D. LXIV. VIII. Kl. Apr. Æt. XXII.

24 *In quadrato marmore.*

Hoc opus exactum sub te pater optimæ prolis. ANDREAS Tosonæ fuit labentib. annis Mille quadrigentis viginti, & quinis decennis post quintam tepidis flammis Septembribus actis.

25 D. O. M.

AVGVSTINO Cola Vrbinati Sacræ Theol. & Vtriusq; Iur. Doct. eximia vitæ innocentia, & morum grauitate conspicuo Horatius Bonfius Sanctæ Sophiæ Præpositus Vicario suo benemerenti optimæ recordationis Monumentum P.

Anno Dñi M. DC. XXVIII.

26 Familiæ MAETANÆ in nouissimum diem quietis locus. Obijt anno Domini M. DC. XV. die XV. Mensis Iulij.

GASP.

27 GASP. de Valerijs Patri, Lucretiæq; Doctæ Matri cariss. Hippol. F. VI, po. obier. an. D. M. D. XXVIII. VIII. Men. Maij.

28 D. O. M.

Hic jacet ossa EPIDONII Speroni, qui XII. annos, & X. dies natus gravi morbo paulo momento obdormivit in Domino V. Idus Aug. M. DC. VIII.

Hunc tumulum Joannes Andreas Pater sibi, posterisq; suis extruendum curauit.

29 Sepulcrum Gentilitium vetustate dirutum majoribus suis, & sibi restituendum cur. Pizzat. M. DC. XXVI.

30 D. T. A.

NICOLAO ANDREÆ Lemmero Cygnea Misnico, Philosoph. Magistro, & Medic. cand. filio unico mœsti parentes poni curarunt.

Vixit an. XXIII. Obijt maligna febre die XXIV. Feb. Anno à N. C. M.DC. XXIX.

31 D. O. M.

NICOLAO ANDREÆ Lemmero Cycnea Misnico qui dum Philosophiæ Lauream contendit ornare Medicam filius unicus paternæ virtutis æmulus annos natus XXIII. Patavij denascitur XXIV. Febr. M. DC. XXIX. supremæ Pietatis monument. Zacharias Lemmerus D. Medicus, & Senator Cycn. P.C.

Exercete alios curæ varijq; labores
In cineres corpus, mens it ad astra redux.
Hæc mœsto liqui solatia sola parenti,
Quod non vilescat funere fama meo.

---

32 Integerr. ac compositiss. . . . . . . fil. Malsperoni de Alvarottis, qui inter concives, ut alternam sic a. vix. M.CCCC. LLXXVI. D. XII. Aug. Ornat. in Patr. . . . & parenti pientiss. memor. posuer.

---

33 *In vetustissima hac Ecclesia, vbi diu olim Canonici Patauini ad sacra peragenda conueniebant, plurima sepulcra spectantur, & præsertim intra Monialium claustrum, reliqua lapidum fragmenta ad scalarum gradus traducta. Sepulcrum fractum in quo vix intelligitur*

Clara de Stirpe ATATIO Baptistæ.

---

34 Hic iacet D. LEONOR. Gadius, qui migrauit ad Dom. M. CCC. LVIII. Die VIII. Januarij.

---

35 Sepultura D. FRANCISCI FRIGIMELEGÆ, & hæredum eius.

---

36 BENEDICTI LIGNAGI.

Grammaticæ Doctor, interpres Rethoricorum,
Sermonum prorsus non ignorans Logicorum.
Marmore Benedictus tegor hoc ego salariatus
Grammaticæ studio Paduæ quondam Cathedratus
Bononiæ portu Lignagi natus, & ortus
Ora pius pro me, cessi cessere priores,
Quanti cumq; forent cuncti cedentq; futuri.
Felices mundo qui cedent crimine puri,
Sum, quod eras, quod es, ante fui, rota non retinenda
Voluitur, inuigila prudens nec differ agenda.
Annua diuina fient mihi fercula bina
Fratribus apponat prior vt legatio donat.

ISA-

37 ISABETHÆ BONFIÆ.

Insigni probitate iaces fidissima coniux
Isabetha, meæ maxima pars animæ.
Mors tulit vna duos, te prima parte iuuentæ
Et nedum natum ventre necat puerum.
Quid moror, infelix? cur non, & vestra secutus
Fata cado? eheu, his terq; quaterq; miser.
Bonfius extremum vobis hæc munera tristis
Et pater, & coniux reddit Aloysius.

38 ANDREÆ TAVRELLO

Fanensi Patre Lælio I.C. Matre Lia Marcolina Fanensib. qui dum Pataui; honesto studio legum operam nauat, ab amico clam hoste nulla caussa interemptus est, annum agens XXI. Mens. III. dies XXVI. Franc. frat. mœstiss. P.C.

39 BAPTISTAE CVRTIO

Græcè, & Latinè docto, vix ann. XIX. obiit XXVIII. Nouembris M.D.XXIX. Beneuenta Getiæ Matri, & Bernard. & Georg. fil. eius Parmen.

40 ALBERTI APRONII

JureConsulti, qui obijt M.CCCC.IX. VII. Octob.
Quod benè clausum est, benè promittitur.

IN ECCLESIA IESVATORVM.

1 BVZZACHARINO de BVZZACHARINIS filio q. clarissimi Iuris vtriusq; Doctoris Domini Bernardi pro se, & familia sua Buzzacharinorum M.D.XXIII.

2 LAVRENTIVS Fantonus, & SANCTVS de Merlis Patauini de Bergomo oriundi fraterna amicitia coniuncti sepulcrum hoc sibi, ac successoribus suis construxere.
Anno Domini M.DC.XXII. VI. Id. Julij.

3 Sepoltura di PIETRO d'Aragusi
cognominato Spagnolo Barha
. . . . capitelo D. o III.

IN S. AEDE ORPHANORVM.

1 Hanc ædem Resurrectioni Domini dedicatam consecrauit Reuerendiss. D. ALEXANDER à TVRRE Cremensis Episcopus Sythien. & Hyerapet. Trent. Dominica prima Julij M.D.XCIIIV. Quo anno fuit etiam ædificata.

2 GASPARO Britti Nodaro di Padoa hà lasciato di Liuello Ducati quaranta quattro all'anno in perpetuo ad vn Sacerdote, che sarà eletto dalli Signori Presidenti dell'Hospital delli Orfani di Padoa per celebrar Messe cinque alla settimana nella Chiesa di detto Hospitale. Item hà lasciato, che ogni anno in perpetuo siano dotate due delle figliole dōzelle di esso Hospitale con Ducati cento per cadauna, & non essendo osseruato questo delle Messe, & Dotatione, & altro priua detto Hospitale di quanto li hà lasciato, & sustituisce le Citelle Gasparine, & come nel suo Testamento appresso il Signor Bernardin Burleti Notaro Collegiato Anno M.DC.XXXI.

IN

IN ÆDE S. MARIÆ ICONIÆ.

1 Oſſa Antenatorum de CVRZOLA iacent in hoc monumento, quod Hieronymus Curzola Patruus, & Carolus, & Petrus fratres, & Stephanus Nepotes Curzola vnuſquiſq; ſibimet, poſteriſq; ſuis vnanimiter pararunt anno M.D.II. Menſe Iulij Die V.

---

2 IACOBO Cadaben Preſbitero, & Gaſparino eius Patri hæredes F.C. M.D.XIX.

---

3 Hæc eſt ſepultura D. ANTONII de Maiolis, & filiorũ eius Anno M.CCCC.XXXVIII.

---

4 HIERONYMVS, qui obijt anno Dñi M.CCC.LX.

---

5 Anno Dñi Milleſimo CC. Septuageſimo nono Ind. VII. Frater PAGAN. de Placentia Protector Templi Paduan. Manſion.

MONIALIVM B. HELENAE.

1 ANTONII Paeſij Phil. ac Medic. Coniugi Dulciſs. Antonius Monarius Patruus S. & S.V. H.M.F.C. exceſſit anno Salutis M.D.LXXXIII. XII. Kal. Martij.

---

2 Hoc Pauim. in hanc nobiliorem formam reſtit. fuit ſub cuſtodia Adm. Reu. D.D. Sacriſt. huius Monaſterij anno Domini M.DC.XVI.

MO-

MONIALIVM
OMNIVM SANCTORVM.

1 Ex decreto Sacrosancti Concilij Tridentini SIXTO V. Pont. Max. Federico Card. Cornelio Episcopo Patauino Moniales S. Agnetis de Pulueraria Domicilla Corradina Abbatissa ex agro in Vrbem translatæ Cœnobium hoc, Benedicto Isachino Salodiensi Ædis præposito assentiente, à fundamento erexerunt.
Pascale Ciconia Venetiarum Duce. Vrbis verò Prætore, & Propræfecto Georgio Contareno Iustiniani filio V. Id. Apr. M. D. LXXXIX.

Currentibus

Dominico Vico Venetæ Reipublicæ Cancellario, & Ioanne Balbi Serenifs. Ducis Castaldione. Leon. Otto bonus Magnus ibidem Venetæ Reip. Cancellarius, & Cœnobij procurator ad perpetuam memoriam F. C.

XII. Kal. Sept. M. DC. XV.

---

2 Vt quos viuos mutua continebat beneuolentia, idem mortuos contegat sepul. JOANNES Delphinus Prior S. Catholdi hunc sibi ad nouissimum vsq; diem quietis locum cum Marco Antonio Foscareno Archipresb. Montis Silicis iam diem functo communem viuens in multi amoris simbolum consiluit.

M. DC. LXXXVII.

---

3 Sepulchrum D. C. XX.

---

4 *Conditus sine titulo CÆSAR MALFATVS, de quo in nostris Athenis Pat.*

S. MA-

SANCTI MAXIMI.

1 M CCC LXXXXIII. Ind. prima Hæc Capella, & Sepult. Octoneli Not. de Aproxno, & ſuorum hæredum de contrata Omniũ Sanctorũ,& fecit fieri di Menſe Auguſti dicti millleximi.

---

2 Pro Sacerdotibus M DC XXIX. Prid. Kal. Maij S.M.

---

3 IOSEPH Pinus Venetus optimæ indolis adoleſcens Latinis, Græciſq; literis apprimè eruditus, qui diſſerendi facultatem pleno gradu ingreſſus mira ingenij felicitate breviter edidicit, Virginitatis dote adhuc inſignis præmatura morte præreptus quieſcit in hac urna, quam mœſtiſſ. Pater Antonius Pinus doloris impatientiſs. ad mœroris ſui ſolatium poſuit noviſſimo Iudicij die ſurrecturus.

Vixit annos XIX. Menſ. VIII. Die XXVIII.

Obijt X. Kal. Octob. M. D. LX.

---

4 *Sepultura cum literis.* B. G.

---

5 Pijs manibus nobilitatis, generis, & virtutis eximij viri D. BALTHASARIS à VVenſe Equitis Luneburgici, qui poſtquam Deo animam reddidit corpus habitaculum eius hic repoſuit Die XXI. Sept. anno Sal. M. DC. XXI.

---

6 Hoc ſepulcrum fecerunt fieri S. Gaſpar, & Ant. fratres q. S. Joannis Jacobi de Brixianis, qui iacent hic vnà cum TONI ejus filio, Obijt aut.

M. D. LXVII Die VIII. Menſ. Septembris.

---

7 *Sepulcrum cum literis corroſis illorum de MAXIMIS.*

S. EV-

IN VETERI TEMPLO

IESVITARVM.

1 *Propè Aram maximam Hieronymi Capiuaccei tumulus.*

Iacent hic CAPIVACCEI ossa quousq; nouum fuit constructum Templum.

---

2 *Sepulcrum vetustum cum literis corrosis cum stemmate duarum Alarum fortasse Nobilium de LAZARA.*

---

3 Sepultura D. MARGARITÆ olim vx. Sier Andreæ Mazzuchati M.CCCC.LXXI. XX. Decemb.

---

4 *In Ecclesia noua conditus est Felix Osius sine titulo.*

MONIALIVM S. MATTHIAE.

1 *Semisepulcrum cum semifigura marmorea, cuius pede vix cernuntur literæ.*

Hic iacet nobilis. . . . .
De GOZADORIS . . . . . & hujus . . . .
. . . . Sancti Mat. . . . præcess. . . .

---

2 Sepulcrum. . . . . . . de Gallerijs, & uxoris ejus, & posterum. . . . . .
. . . .
Anno Domini M.DC.V. Die XV. Mensis Aprili.

---

3 Sepoltura delle MADRI di S. MATTIA M.DC.XVII. XXVII. Febraro.

4 JO: DONATO Leonio Patri opt. Bernardinus fil. pietatis ergo, sibiq; ac posteris ponendum curavit.

Ann. Salutis M. D. LXXXIV. Cal. Sept.

Sepulturæ anonymæ quinque.

5 AVGVSTINI Tagliardini Nob. Brix. eximiæ probitatis, & expectationis adolescentis hic sita sunt ossa, qui immaturo funere peremptus, dum in Patauino Gymnasio I.C. operam navaret, terram cum Superis commutavit Æt. suæ anno XXV. Die XXIII. Martij M. DC. XLIII.

Petrus Frater mœstiss. C. P.

6 D. O. M.
Et D. IO. BAPTISTÆ Præc.
JO. BAPTISTA q. Jac. F. de Pilatis
Presb. Vicentinus
Altare hoc à fundamentis erexit,
ornavit, & dotavit
A. D. M. DC. XXX.

7 *Supra Ostium exteriùs.*

Templum hoc MATTHIÆ Apostolo Sacrum
Faustina Campolongia Sacrarum Virginum Antistita
è veteris structuræ situ in præsentem nitorem erexit,
Petro Valerio S. R. E. Card. Episc. Pat.
Protectoribus Vrsato Vrsato Eq.
& Ant. Miliario
Anno Dñj M. DC. XXVII.

IN ÆDICVLA
SS. MARCI, ET VITALIS
NOBILIVM DE LANDIS.

1 DEO OPT. MAX.
ET SANCTIS TVTELARIBVS SVIS,
MEMORIÆ QVE
MARCI LANDI PROTHONOTARII APOSTOLICI
HVIVS ORATORII, ET PII OPERIS FVNDATORIS
HIERONYMVS LANDO EQVES POS.
M. DC. XXX.

SEPVLCHRVM Q.
2 CLARISS. D. VITALIS LANDI
DOCT. ET EQ.
AC D.
ELISABETH EIVS VX. AC R.
D. MARC. PROTH. DIGNISS.
VTRIVSQ. FIL.

CONDITORIVM VIRORVM CVRIÆ LANDÆ.	CONDITORIVM FOEMINARVM CVRIÆ LANDÆ.

3

---

4 Adm. Reu. Patri Magistro
HIERONYMO Muneghinæ Pat. Ord. Min. Conuent.
Quem in Tracia Franciscanæ Familiæ Præfectum
Virtutis præstantia, & festinatis Honoribus,
Cum mors senem crederet, intra iuuentam rapuit.
Mag. Michael Angelus successor amico benemerenti
Hic nato, & educato gratum pos. Monumentum
Loco erect. à benefic. Illustriss. & Excellentiss.
Hieronymi Landi Equitis dato.
Obijt Anno D. M.DC.XXXVI. ætatis suæ XXXVI.

VIR-

VIRGINVM GASPARINARVM.

1 SANCTISSIMÆ, & INDIVIDVÆ TRINITATI FRANCISCVS Gasparinus Patauinus cum Iuliana uxore, & Virginia filia hanc ædem, & domum seruandis Virginibus suo ære testamento F. I.

Executores piorum etiam eleemosynis adiuti fieri curarunt Anno Domini M D IIC.

ORATORII S. ANDREAE.

1 D. O. M.

Oratorij Patauini sodales vt suis conuentibus obeundis certum locum haberent, FEDERICI CORNELII Antistitis optimi liberalitate, piorumq; hominum ope area coempta ædem hanc à fundamentis excitarunt, & Deiparæ Virgini, Diuoq; ANDREÆ Apostolo, cuius festo die ante quadriennium instituta sodalitas est, dicarunt pridie Kal. Decembris ipso die D. Andreæ Sacro M. D. LXXXIII.

S. CATHERINAE.

1 Sepulcrum magistri Francisci . . . . . & hæredum suorum M. CCC. LXXIV.

---

2 *Antiqua sepultura D. Sophiæ de Lazara cum figura.*

Ita legitur in marmore.

Hoc sepulcrum cum Altare est Dñæ PHIÆ vxoris Alaberti de Bulpario, & parentibus ea illorum de Lazara.

3 M. CCCC. XXXV. vltimo die Mensis Augusti occubuit Dñs Presbr. BARTHOLOMÆVS de Mediolano Rector Ecclesiæ S. Catherinæ.

4 *Presb. ALBERT. hu. Pater Ædis Amatus,*
Quem genuit Parma, Paduæ iacet tumulatus
Mille quibus iungas tercentum ter quoq; decem,
Et duo prætereunt Septembris sexq; diebus.

5 Presbitero FLORIO Floriorum generis, suisq; hæredibus M. H. P.

6 Hoc est sepulcrum Domini . . . . . taris à Buscho fil. quondam Domini Bernardi, & eius hæredum de anno Dñi M. D. LI. D. XXVI. Mensis Augusti.

7 Sep. della Fraglia del S. Co. de CHRISTO per le Donne M. D. XXVII.

8 Anno D. M D IIC.

9 *Circùm S. Baptismatis vrnam.*

GREGORIO Francuccio Cortonensi R. M. D. LXXXV. M. Aug.

9 *In pariete.*

JANO à Bley. Enburch. H. F. ex nobili anteiqua Bley. Enburchorum gente Patritio Dordraceno Batavo viro moribus ingenuis, vitę integritate ornatissmo Cornelius, & Damasus

ſus à Bley. Enburch. fratres fratri Piettais, & amoris ergo hunc titulum, ac tumulum mœrentes merenti

D.D.

Ab hoc monim. D. M. A. Have frater & æternum vale.
Vixit Annos XXXV. Obijt An. M. D. XCV. XXIX. Aug.
S. T. T. L.

DOMVS DEI.

1 Fratalea Capellanorum de Padua tenetur, & debet tenere vnam lampadem perpetuam, quæ ardere debet continuè die, ac nocte, & facere etiam duo Anniuerſaria in iſta Eccleſia pro ſalute Animæ Dñi FRANCISCI de Salgerijs Rectoris iſtius Domus Dei, & ſuorum.

---

2 Sepultura Venerabilis Viri fratris BENEDICTI de Caſtro Abbatiæ Sancti Saluatoris de Monte Amiato de Ordine Sancti Benedicti, qui obijt M.CCCC. IV. die XXI. Decemb.

---

3 Sepultura Venerabilis viri Dñi Preſbiteri DONATI de Brudigine olim Rectoris Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Terradura, qui obijt de Anno M. CCCC. XXIII. die vltimo Anni, & omnium aliorum Preſbiterorum decedentium, tam in Domo Dei, quàm alibi volentium in dicto loco ſepeliri.

Fratalea Capellanorum Paduæ tenetur omni Anno celebrare Anniuerſarium ſuum in Domo Dei.

---

4 JACOBI Maphæi Prioris benemeriti quietis locus.
M. D. XVIII. XV Martij.

Mar-

5 Marmoreum ſepulcrum Ioannis Ludouici Lambertacij cum eius imagine picta extra Eccleſiam.

Ecce LVDOVICI lapis hic tegit oſſa IOANNIS,
Protulit inſignis, quem Lambertacia proles,
Quiq; vtriuſq; tulit Doctor diademata Iuris.
Orator mirus, facundo Tullius ore;
Occubuit Paduæ geminos, qua luce ſubintrat
Sol decies octo poſt Annos luſtra ducenta.

6 Hoc ſepulcrum F. fieri Magiſter LEONARDVS Bocaleca Rector huius Domus in M. CC. XCVII. Ind. X. de Menſe Maij.
Hic iacet Magiſter Leonardus Bocaleca Rector huius Domus, & alij Rectores futuri.

7 *In periſtylio eiuſdem Domus.*
M. CCCC. XIV. die primo Maij incœptum fuit hoc opus exiſtēte Priore Nob. viro Ser FANTELO de Fātelis de Padua.

Huius pars operis de munere Pacis honeſtæ
8 *Atogulari Silicis de Turre ſuperſtat*
Montis de Villa Patauino BARTHOLOMÆVS
Rector opum Fano iam clarus re ſacer eius
Sexaginta dedit libras, & ſexq; quæ cæptas
Tempore ſubſculptum Domi retinente ſigillum.
M. CCCC. XXV.

SOCIETATIS D. MARIÆ A CHARITATE.

1 BALDO Bonifarcio Plumbinati in vtriuſq; Iure licentiato, Sibillæq; de Cepto coniugi pudiciſſimæ, qui vnanimes poſt ædificia Hoſpitalis, Templiq; D. Franciſci cum ædibus, & porticibus

ticibus à fundamentis ære proprio erecta, sacellum hoc cum annexis domibus pariter absolutum societati D. MARIÆ à Charitate dono dedere anno à Christi natali M. CCCC. XX. Verùm pene obsoletum societas tanti muneris non immemor laqueari, luminibus, picturis, sedilibusq; illustriorem restituit anno ab eiusdem natiuitate M. D. LXXIX. & M. H. P. C.

S. MARGHERITAE.

1 *Non fundus vllus, non mihi sunt prædia*
Aliusue prouentus, sed est Abbatibus
Pijs habenda gratia his hoc, qui sacrum
Dedere fanum CYPRIANI sumptibus.
Anno M. D. VII. Ioanne Triuisano Abbate.

2 VINCENTII GRADONICI Prioris
Frigida Domus.

MONIALIVM S. BLASII.

1 Hic iacent ossa Hon. Ciuis Patauini Ser IO: FRANCISCI Cyprij olim huius integer. Mon. procur. qui M. CCCC. XCV Die verò XXIX. Sept. diem sum clausit extremum.

2 ALOVISIO Zerbo viro optimo, & peritiss. Gabrielis Medici præstantiss. filio filiæ mœstiss. posuerunt.
Vixit ann. LIV. Men. VI.
Quem benè facta ferunt viventem prodere morti
Sydera nec parcæ nec pia fata sinunt.
Obijt anno M. D. LVI. XI. Aug.

ALE-

3 ALEXANDRO dilecto filio prædefuncto, & sibi, & Marietæ vxori Franciscus Farisatus vivens posuit Anno M.DC.VI.

4 MAGDALENÆ vxori chariss. sibi, posterisq; suis Acharius Stal. Alemanus Mon. hoc vsq; in diem extremum faciundum curauit Anno Domini M.D.XLII.

5 *In pariete.*

JOANNI BAPTISTÆ Fontanæ Brixiensi egregio plectri ficedulæ modulatori, qui & Romæ à summis Pontificibus, & Principibus auditus, & invitatus honestissimis honorarijs, & Patavij post præclaram navatam operam acerrimi judicij Præsulibus Marco Cornelio, & huius successore Petro Cardinali Valerio, tandem sibi vivens, & honestè partis contentus morte abreptus omnia sua piè admodum Deo, Ecclesiæ, & pauperibus Christi legavit, Curatores testamentarij posuere.

Obijt die VI. Septembris M.DC.XXX.

6 *Supra sepulcrum cum figura.*

POST TENEBRAS SPERO LVCEM.



IN VICO TVRRICELLARVM.

S. MARTINI.

1 *HOs quales spectas nostro inflammatus amore*
Fecit BONZAGNA IACOBVS de stirpe RAVENA.
Vrbe satus Mense Augusti fugiente subibat
Mille quadrigentos vigenus septimus annus.

2 *Marculinus Eques, pariter*
Cui natus, & Eques BONZANINVS
Erat. genuit hinc inde
IACOBVM, optime qui nouit
Canones, & jura quiritum;
Et Patrem, & Natum lapis
Hic tenet. ecce Nepotem.

3 Sepulcrum nobilium puerorum de PAPAFABIS.

4 Monumentum JOANNE Buxeo, e per si, e li soi eredi.
M. D. XXVIII.

5 PIERO Bichio Osto alla Campana.

6 Sepultura prouidi viri Ser. PET. Saxo, suorũq; successorum.
M. CCCCC. III.

7 LVCRETIÆ Coniugi dilectæ Simeon Expertus Maritus posuit, sibiq; ac hæredibus M. D. LVI.

8 MATTHÆI de Zaninis dicti Rosetto de Sorth. hæredum sepultura M. D. LVIII. XXI. Januarij

9 *Ad Altare SS. Martini, Marci, & Antonij.*
Altare della Confraternità delli Portalettere da Padoua fatto l'anno M. DC. XVII. essendo Sindici, e procuratori Marc'Antonio Badia, & Antonio Caldogno.

10 *Sep. cum stemmate Leonis deambulantis, & trium Stellarum.*

11 *Ossium, & reliquorum Cadaverum, quibus Anatomici humanam naturam rimantur, conditorium.*

12 *In pariete extra Ecclesiam.*
Hoc est Monumentum Ser GERARDI Cauali de Parma, & suorum hæredum.

S. CANTIANI.

1 *Extra supra Ostium Rectoris Ecclesiæ saxum rude.*
M. C. LXXIIII. 8. Mar. arsit Pad.

Supra ostium Ecclesiæ.
2 D. O. M. Sanctisq; CANTIANO, & socijs Martyr. piorum ope in splendidiorem faciem, cultumq; restitutum Anno Salutis M. DC. XVII.

3 Ibidem in pariete Ædis duo Monumenta.
Eclipsatur apex Medicinæ, lux Medicorum
Hic extincta iacet, celebri grauitate verendus
BARTHOLOMÆUS erat, genitus cognomine Campo.
Tam huius desertus ager, viduatus Apollo,
Et studiosa tribus mixtim sua damna queruntur

Acce-

Accedat querulis huc postera planctibus ætas
Hunc tantum lugere Virum, qui mente quiescit
Cum Ioue: stet titulis viuax sua fama per æuum.

---

4 CÆSAR MANTVA Pat. I.V.D. huius Ecclesiæ Rector, cum Annos ferè XXVII. Sacerdotale officium piè administrasset in omnibus suis bonis fabricam huius Ecclesiæ hæredem instituit, tanti ergò beneficij gratia, & in huiuscemodi Christianæ liberalitatis memoriam hæres,& Cõmissarij ex Testamento non immemores posuere.

Obijt anno M.D.XCV. secundo Ianuarij.

---

5 *In Ecclesia ad Aram.*

D.O.M. Et BEATISSIMÆ VIRGINI Deiparæ MARIÆ Sanctisq; Cantio, Cantiano, Cantianillæ, & Proto, nec non Michaeli, & Hieronymo tutelaribus suis, HIERONYMVS Tirabuscus Altare hoc suo sumptu erexit, ornauit, instruxit, idem mortalitatis memor sepulcri apendicem sibi, & suis viuens posuit anno Dñi M. DC. XI.

---

6 HIERONYMVS Tirabuscus in nouissimam vsq; vitæ reparationem sibi, & posteris locum quietis parauit.

---

7 NASCIMBENVS Pectenellus Iurisconſ. P.C.
M.D.L. die XXI Mensis Augusti.

---

8 Hic manent ossa Magistri BAPTISTÆ de Cornalie
Aromatarij, & suor. Q. Hæred.
Obijt die XXVIIII. Iunij M. CCCCC. XXVIIII.

---

9 Cæsar, & Antonius BOLZETÆ fratres fecerunt vterq; s. filijs carissimis, hic etiam vxori amantissimæ, & sibi,& suis, posterisq; eorum Anno Dom. M. DC. XVIII.

10 *Ad Aram S. Io. Baptistæ est sepulcrum illorum de RVSCA.*

11 *Ad Altare S. Caroli Nobilium de Capitibus Vaccæ.*

12 Sepulcrum vetus de PEROTIS restauratum Anno Domini M. DC. XI.

13 LVCÆ Cecolino Ariminensi Petrus, & Andreas Sacerd. Peregr. ac Hieron. filij Bursæ Aromatarij pientiss. pos. M. D. XLVII. Kal. Nouemb.

14 *Sepultura Frataleæ Sanctiss. SACRAMENTI sine literis.*

S. LAVRENTII.

1 *Extra Ecclesiam sub porticu.*

M CCC XXVI. Indict. IX. XI. Mensis Junij in Festo S. Barnabæ Consecrata fuit ista Ecclesia in honorem S. LAVRENTII cum tribus Altaribus, .s. B. Mariæ Virginis, B. Laurentij, & B. Siluestri per Venerabiles Patres Petrum Archiepiscopum Nazaretanum: Salionem Episcop. Adriensem, Guidonem Abbatem Vangaticiæ, Conradum Archipresbiterum, & & Gufredum Vicarium Domini Episcopi, & per alios multos Prælatos, & Clericos cum Indulgentia trium annorum, & trium quadragenarum semper eodem die, & per octauam. Hoc factum fuit sub regimine Presbiteri Simeonis, & Dominici,

LAV-

2 D. O. M.
LAVRENTIO PIGNORIO
Alteri huius Ecclesiæ primùm Parocho
Deinde Taruisij Canonico
Pietate, ac morum sanctitate spectatissimo
Vero candoris, & pudoris exemplo
Literarum omniũ cum grauiorum tum politiorũ peritissimo
Penitioris antiquitatis non minus certo quã curioso indagatori
Patriæ amicorum, & sui ipsius memoriæ
Luculentissimis scriptoribus propagatori
Musarum deniq; & gratiarum corculo, & ocello
Dominicus Molinus Sen. Ven.
Amico, ac hospiti carissimo, & iucundissimo P.
Obijt An. CIↃ IↃC XXXI. Idibus Junij
Vixit Ann. LIX. Mens. VIII.

---

3 *Ossa MODENINI clauduntur marmore tanto*
Quem tulit Amutina proles Malatignia quondam
Musicus ipse fuit patriæ splendorq; decusq;
Atq; suis Patriam meritis ad sydera duxit.

---

4 *In sepulcro PETRI Zabarellæ Tribuni Militum conditus est Camillus Zabarella, cum tabella inscripta.*

D. O. M. Vt hic estremum expectet diem, beatamq; spem, & aduentum Magni Dei CAMILLVS ZABARELLA
M. D. LXXXVI.

---

5 In vetusto, & splendido Antenoris sepulcro.

Inclytus Antenor patriam vox nisa quietem,
Transtulit huc Enetum Dardanidumq; fugas.

Expulit

Expulit Euganeos, Patauinam condidit Vrbem,
Quem tenet hic humili marmore cæsa domus.

Supra Arcæ pinnaculum.

Poteſtate Nobili Viro D. FANTONE de Rubeis de Florentia perfectum fuit hoc opus.

In altera parte ſepulcri.

Cum quater alma Dei natalia viderat orbis
Poſt decies octo mille ducenta ſuper.
Extulit hæc Paduæ Præſes, cui nomem OLIVE
Cognomen Circi, patria Floris erat.

---

6 *In altera parte oſtij Occidentalis in Arca lapidea T. LVPATI.*

T. LOVATI Paduani Militis Judicis, & Poëtæ.

Obijt An. Natiuit. Chriſti M.CCC.XI. ſept. die intrante Mart.

Id quod es, ante fui, quod ſim poſt funera, quæris.
Quod ſum (quicquid id eſt) tu quoq; lector eris.
Ignea pars Cælo, ceſſit pars oſſea rupi,
Lectori ceſſit nomen inane Lupi. D M.

Idem circa baſim.

Mors mortis morti mortem ſi morte dediſſet
Hic foret in terris aut integer Aſtra petiſſet,
Sed quia diſſolui fuerat ſic iuncta neceſſe,
Oſſa tenet ſaxum propriò mens gaudet in eſſe. V. F.

---

7 Hic iacet Dñs HENGELERIVS filius q. Dñi Limiceti de Chagariento M.CCC.XXV. die tertio Menſis Februarij. Hoc opus fecit fieri Dñs Limicetus eius filius.

---

8 *In Eccleſia ad Aram Reſtauratam.*

M.DC.XX. VII. Ædicula cum tectorio ex Eleemoſynis ANTONII Vitæ, eiuſq; nepotis Fanzagi Altare, & cœtera Stephani Viola Rect. Port. I. ac piorũ ſuffragijs M.DC.XX VIII.

VI-

9 VICTORI Pauio de Ast patri amantissimo filij benemerentes restaurauerunt H. M. H. S.

10 *In pariete sub vultu marmoreo.*

D. O. M. BERNARDINI Petrellæ ex Vrbe Burgo Sancti Sepulcri, qui fuit Logicus primæ Cathedræ in Patauino Gymnasio ann. vnum, & triginta, hic sita sunt ossa. Vixit ann. LXVI. Obijt ann. M. D. XCV.

11 *Vnica in ijs jungendis Nob. Zabarellæ familiæ Humanitas, ut familiaribus suis tumulum, qui Humi, & Procerum instar Epitaphium, quod in pariete, uni ex ijs condiderit.*

D. O. M. ANGELO de Blonda Fescennio oppido Rom. seruo fidelissimo, qui Camillo Zabarellæ I. annos duodeviginti sũmo amore, ac probitate incredibiliq; in omnibus rebus diligentia inseruire nũquam desijt læthali febre correptus vita excessit, idem Camillus tanti servi memor mœstissimus, pientissimusq; P. C. Vixit annos XXXXVI. Menses III. dies XXVIII. Obijt die X. Aprilis M. D. LXX.

12 *Tumulus Nobilium de Vrsatis cum literis* Z. O.

13 Hic iacet Nobilis Vir Dñs FRANCISCVS à Forre de Padua, qui pro se, ac suis hæredibus hanc fieri procurauit M. DC. XXVIII. die octauo Octobris.

14 Sepulcrum Generosi Viri SOLIMANI à Judeca, & suorũ.

15 *Sepult. Familiæ Marinæ cum Palma, seu Lilio pro stemmate.*

16 *Sepulcrum Nobilium de Sala cum stemmate sine literis, vetus verò operculum* S. F.

M. CCCC.

17 M.CCCC.XXIV. die X. Mensis Decemb. Sepultura LAVRENTII Trambachini, & suorum hæredum.

18 JVLIO de Zaninis Viola Patri, Lucretiæ Matri, Ioanni Sacræ Theologiæ Doctori fratri olim huius Ecclesiæ Rectori primo, post, Cathedrali Ecclesiæ Mansionario, & Ceremoniarum Magistro. Stephanus in hac Ecclesia Ioanni successor sibi, & suis viuens posuit Anno Domini M. DC. XXIV.

19 M. CCC. XXII. die X. Mensis Junij sepultura D. IOHANNIS q. Domini Buniuersi de Naxerijs de Montagnana, & suorum hæredum.

20 Hæc est sepultura IOANNIS de Iudeca Aromatarij, & suorum hæredum.

21 *Ad Aram B. Virginis Familiæ de Strata, humi eiusdem sepulcrum cum stemmate, & literis* P. S. F. F.

22 M.CCCC.XXXXI. Hic iacet sepulta LAVRA filia D. Kalurij de Zabarellis.

23 Hæc est sepultura D. Presbiteri DOMINICI Rectoris Ecclesiæ S. Laurentij.

24 Hoc Maiorum suorum Monumentum vetustate deletum RAPHAEL Nouelinus Antonij fil. instaurandum curauit Mense Maij M. D. LXXV.

Ad Altare S. Laurentij.

25 STEPHANVS Viola huius Ecclesiæ Rect. Prim. ad perpetuam sui, auorumq; memoriam Aram hanc restaurauit, & dotauit. Obijt IX. Cal. Sept. an. Domini M. DC. XXXI.

Sepul-

---

26 . . . . . . Sepultura Ber . . . . . .
Lazari, & Francisci
filiorumq; q. Ser Joannis
& suorum hæredum animæ
quorum requiescunt in pace. Amen.

---

27 *In sacellum S. Franciscæ olim illorum de Rizzolettis hodie Nobilium de Zabarellis duo sepulcra sine titulo, in altero horum conditus est Laurentius Pignorius.*

---

28 M. D. XXXXI. Antonij, Io: Baptistæ, & Hieronymi fratrum de Castello, & suorum defunctorum.

---

29 Nobilis D. MARCESINÆ de Hianis Nobilium de Patauinis parentis castæ, ac probatæ, venerabilisq; Matronæ.

---

30 *Sepulura Nob. de Capiuacceis cum stemmate.*

---

31 DONELLÆ Matri cariss. ac Doratex sorori dulcissimæ Domum æternam Franciscus Frizimelega viuens pient. posuit Anno Salutis M. CCCC. LXXXXVI. Vndecimo Kal. Aprilis.

---

32 . . . . Nobilis
D. CATHERINÆ de Montursio.

---

33 M. CCC. LXXXXVIII. die prima Septembris
Hæc est sepultura JOANNIS q. Francisci de Plebe Sacci, & nunc habitat Paduæ in contrata Domus Dei pro se, & suis hær.

---

34 *In pariete sacelli S. Philippi Nerij.*
D. O. M. A. Nobili Viro VALENTINO Greuio alias BAKFARK è Transiluania Saxorum Germanorum Colonia

oriundo, quem fidibus nouo planè, & inusitato artificio canentem audiẽs ætas nostra, vt alterum Orphea admirata obstupuit.

Amphion Orpheus, & Arion psallere docti
Credentur meritò te genuisse Greui.
Aut illos positus docili testudine quondam
Effinxit genij dia minerua tui.
Quid rear in te vno plusquam genialis Arion
Orpheus Amphion, nempe videndus erat.

Obijt Anno Dñi M.D.LXXVI. Idibus Augusti
Vixit Annos LXIX.

Natio Germanica vnanimes, & Testamenti executores P.

---

35 *Humi.*

Questa Capella, & questa sepultura, e di M. Felippo Marangon, e de suoi heredi M.CCCC.LXXXI. adi 4. Mag.

---

36 Tumulus, vbi anno 1647. conditus est BENEDICTVS Venetus Episc. Capriolensis.

---

37 *In Sacrarium.*

BERNARDINO de Tridento aurifici Hieronyma filia, & suis M.D.VIIII. III. Octobris.

Donarium eiusdem in sacrario asseruatur.

Bernardinus de Tridento Aurifex donauit Ecclesiæ S.Laurentij de Padua præsentem Nauicellam M.D.X.

---

38 *Ad effigiem Crucifixi depicti.*

M. JACOBVS Pictor de Moncelexe M.CCCC.LXXXXI.

Si qua Sacerdotes teneant bona: iure secabunt
Illa sibi, Templi, pauperibusq; Dei
Estensi Gibbo sunt hac complexa IOANNI
Rectori primo respice tecta probant

Centum

Centum bis septem centum iunguntur & anni
Ter septem Aprilis tot duo terq; dies.
I. O. D. G.

MONIALIVM
SANCTI STEPHANI.

1 Hoc Cœnobium S. STEPHANI vetustate penè corruens LEONARDA Alberta Veronensis Abbatissa à fundamentis erigendum, ampliandumq; curauit anno Salutis M. D. LIII.

2 DEO OPT. MAX. Eiusq; Protomartyri Stephano Nouum Templum veteri perangustæ, ac rudioris structuræ deiecto, vnanimis sacrarum Virginum consensus piè vouit, condidit, dedicauit, auctore ac primum lapidem ponente MARCO CORNELIO Episcopo Pat. Abbatissa Vitaliana Ferarola, Protectoribus Iulio Bradiolo, & Beldomardo Cando Iureconsf. Anno M. D. XCVII.

3 In Ecclesia ad Aram.
Æterno Cælorum Regi ex marmore sanctum
ANGELA Zaguri Virgo sacrauit Opus.
Pro sponsi meritis auri contempsit honores
Prudenti, & sponsa præmia iusta dabit.

4 *Ad Aram B. Virginis.*
ANGELA Zaguri diuino cultui dicauit M. DC. XXX.

5 Hanc aram D. LIBERÆ dicatam, & temporis iniuria labefactatam Reu. Suor IMPERATRIX Vrsata filia Nob. Viri D. Vrsati ære proprio instaurauit.

6 *Ad Altare S. Crucis.*

D.O.M. HIERONYMVS Zannettus Patauinæ huius Ecclesiæ Capellanus ex ære proprio dicauit, dotauitq; Anno M.DC.VI.

7 *Sepulcra duo marmoris rubri cum figura Monialis quiescentis, & quinq; literis corrosis, ac stemmatibus.*

8 Sepulcrum Nobilium de SALA
Quod tibi, & posteris . . . . . .

9 BERNARDINVS Scardeonius Canonicus Pat. vitæ candore præstantia doctrinæ conspicuus hic quiescere iussit, vbi anno XXXIV. anima Monialium regendo laborauit.
Vixit anno XCVI. Obijt M.D.LXXIV. die XVI. Maij.

10 *In pariete sub effigie depicta.*

BERNARDINO Scardeonio Ciui, & Canonico Patauino raræ integritatis, atque eruditionis viro. Quippe qui (cęteris Christiano Sacerdote dignis virtutibus fidem conciliantibus) illibatum Virginitatis florem ad vltimam vsque senectam attulisse, creditus sit; Cuius Caritati atque Industriæ, hæc patria antiquitate, ac rerum gestarum gloria inclyta acceptam refert monumentorũ suorum memoriam ab interitu vindicatam. Sacræ Virgines ad Diui Stephani, quibus ille totos quatuor, & triginta annos à sacris Confessionibus præfuit, Parenti optimo ac pientissimo, hoc grati animi monumentũ vnanimes posuere.
Procurantibus Magdalena Vercellensi Antistita,
Martino Sandellio Confessario.

11 Honesto, & Solerti Viro D. Fremoldo de Fremoldis Stephanus Antonellus gener, & hæres sibiq; & suis posuit M. DC. XXI. die XX. Iulij.

Marinæ

---

12 MARINÆ Triuisanæ Matri sibiq; & posteris Marcus Triuisanus viuens propria impensa fecit.

---

13 Ad honorem Dei SIMONINVS de Benedictis recens F.F. hanc aram pro se, vxore, filijs, & successoribus M. D. XIX.

---

14 D.O.M. FRANCISCO Andrigheto, & successoribus

. . . .

---

15 THOMÆ Cambio I.C. Pat. Petroq; parenti, & Antonio M. filio priùs vita functis Laura, & Cassandra filiæ cum Iustina Coniuge mœstiss. P. Vixit annos LIX. M. IX. die XII. Obijt III. Octob. M.D.LIV.

---

16 NIC. FRANC. Nigri Ven. Ecc. D. Laurentij Præposit. ac Hieronym. frat. ossa quiescunt. Obijt VIII. Cal. Julij M.D.LII.

---

17 Philippæ Matri Carolæ filiæ in prox. nupt. apparatu vita functæ, ac posteris Gaspar Villanus mœstiss. hunc quietis locum V.C. Cal. Ap. Hominum lusus, fastus, deliciæ in quo redeunt.

---

18 IO: ANT. de Taruisio Not. & Canc. Mag. Ciuit. Paduæ Marieta vxor sibi, & suis hæredibus F. F. M. D. LXXI.

---

19 Joan. Maria Berteno Ioan. Dom. fecit Humanæ vitæ fragilitatem, & certum exitum, & præsentibus prospiciens sibi, & hæredibus suis I.V.F.C. an. D. 1577.

---

20 Sepulcrum hoc Andreas Nicola, & Laurentius Bernardus sibi, & suis hæredibus vterq; simul P.C. M.DC.VI.

S. FRAN-

S. FRANCISCI.

1 *Supra ostium Chori, quo in cœnobium itur.*

Consecratio huius ECCLESIÆ celebratur die XXIV. Mensis Octobris.

---

2 *In Choro.*

TORQVATI BEMBI Abbatis, & Poster. Vixit an. LXIX. Menses X. Obijt Cal. Martij. M.D.XCV.

---

3 *Supra dextrum Chori ostium nempe ad Aræ majoris dextram.*

PETRVS Marsoletus Ciui Bergomensis Vir summæ religionis cum vigesimum quartum ætatis suæ annum ageret in hanc præclarissimam Ciuitatem se contulit, in qua cum per septuaginta ferè annos mercaturam prosperè, ac feliciter exercuerit, in Domino etiam obdormiuit Anno Salutis M. D. LXXXII. die XXIV. Julij ætatis vero suæ LXXXXIIII.

---

4 *Supra sinistram Chori ostium.*

Cuius tanti Patris, & Aui non immemores ANDREAS Marsoletus filius, Joannes Petrus, Nicolaus, & Iosephus ex Baptista altero filio Nepotes ad Dei Optimi Maximi gloriam hoc Altare, tabernaculum, eiusq; ornamentum in his sanctissimis D. Francisci Ædibus fabricandum duas Sanctissimas Missas quotidie quousq; durabit Eccles. celebrandas pro ipso Dño Petro, & pro defunctis suis, ac posteris curarunt.

Anno Dñi M. D. LXXXV.

---

5 *Ante aram majorem.*

PETRO Marsoleto Mercatori integerrimo, Posterisq; suis Andreas filius, atq; ex Baptista altero filio Nepotes Ioannes Petrus, Nicolaus, & Iosephus Monumentum hoc posuerunt. M. D. LXXXV.

Ossa

---

6 Oſſa V.N.D. CORNELII Contareno patricij Veneti Octauianus frater, & pater Alex. hæredis ex vltima voluntate prædicti dilectiſſimi fratris ſui Monumentũ hoc fieri mandauit M.D.LVC. Obijt XV. Iulij ætatis ſuæ annorum XXXXIII.

---

7 TERENTIVS de Terentijs Iur. Conſ. Blancæ de Malfactis Vxori dilect. S. & S. M.D.LXXIV.

---

8 *In medio Templi.*

Sep. MARIÆ Muſſatæ.Q. coniugis Ioan. Lazara Equitis, quod Comes de Capitibusliſtæ fieri curauit ipſa hoc teſtante. Obijt M.D.LXXXVII. die XXVII. Sept.

---

9 *In Ara ſocietatis Nauicularorum.*

Sancte Nicolae Protector noſter ora pro nobis M.D.LXC.
Sancte Ioannes Baptiſta Protector noſter ora pro nobis 1590.
Sancte Martine Protector noſter ora pro nobis.
Charitas operit multitudinem peccatorum.

---

10 *Humi geminum Nauiculariorum ſepulcrum, cum cymbis.*

---

11 Nauigiæ FRANC. Zabarellæ Vx. Car. F. ſuæ Imperatrix Beſtiola, ſibiq; V.F.F. anno Dñi. M.CCCC.LXXXXIII. XXI. Zugno.

---

12 *In ſepulcro Muſatorum.*

Domum æternam obſequenti Marito LVDOVICA Poſ. & S.

---

13 *Mille quatercentum Domini primoq; vicenis*
Annis poſt Baldum duodena luce Decembris
Hic iacet Egregij Prudentiſq; Sibylia Nota
Quondam Gualperti de Cepto in pace quieſcat.

Sepul-

14 *Sepulcrum DD. BRAZOLLORVM cum insignibus, obliterata inscriptione.*

15 *Sepulcrum Rocobonellæ familiæ literis detrisis.*

16 Dñæ LAVRÆ Consorti pudiciss. Laurentio, & Lauræ amatiss. chariss. Bonifacius de Barbobus Pater mœstiss. sibiq; posterisq; suis viuens posuit. M. CCCC. LXXX. VIII. Mensis Februarij.

17 CATHERINÆ Coniugi dilect. Jacobus Dianinus Maritus posuit, & sibi M. D. XIIII.

18 Prudentissimæ LAVRÆ à PIGNA, Donatoq; fratri viro Integerrimo anno Virginei partus M. D. IV. & M. D. VI. vita functis Bernardini Gieorgij Coniugis, & Francisci à Pigna fratris pientiss. Munus extremum.

19 Futura considerans ANGELVS Bologninus Legum Doctor ex q. Euangelista Art. Doct. P. M. D. LXXV. sibi, & posteris.

20 MARTÆ Cepollæ Consorti, Hieronymo filio, Bartholomæus Cepolla Ver. Iur. V. Doct. F. F.

21 Franciscus, & Nicolaus NOVALENSES fratres Artium, & Medicinæ Doctores sacrum, quod Franciscinæ S. Sophiæ Nicolai Vxoris defunctæ sorte primò contingit, & sibi, posterisq; suis V. P. Anno Sal. M. D. Kal. Sep.

22 M. D. VIII. quisquis es VISCONTI ossa de Vicecomitibus Mediolanen. hic posita castè attingito neve ijs aliorum cinerum immisceto ita decreto cautum est.

PETRO

23 PETRO Spinello Causidico Nobili Consorti Fausta à Solè posuit Anno Salutis M. D. I.

24 Sepulcrum Nobilium de CARPINETO M. D. LXXXVII.

25 *Ad Aram Redemptoris.*

Altare Sanctissimo REDEMPTORI nostro dedicatum proprijs expensis Dñi PAVLI Sancti Vitalis erectum ad salutem animæ suæ, hæredum, & descendentium suorũ in æternum. M. DC. XLVI.

26 Quies PAVLI Sancti Vitalis, qui Altare Redemptori ære proprio erexit M. DC. XLVI.

27 Sepulcrum Nobilis Viri Ser JACOBI de Campo S. Petri, qui obijt anno Dñi M. CCCC. LXVII. die XXIIII. Septemb. Paulus olim Baptistæ filius Nepos suprascripti Iacobi lapidem hunc cum ossibus suorum antiquorum ex veteri cimiterio hic ponendum curauit Anno M. DC. XXVI.

28 BERNARDINO Tomitano Philos. & Medico clarissimo Io: Antonius Rodulphus Sfortia auunculo benemerẽti, e S. P. M. D. LXXXXVI.

29 Tumulus JVLII Pectenelli, & suis posteris Anno M. DC. XXXI. V. Mensis Iulij.

30 JACOBO à Sole Iuris Cons. clariss. in Rep. Maximo Petrus frater, & Marcus filius P.

31 S. D. M. PETRO tertio . . . .
Petri Zabarelli Iuris Cõs. F. posthumo Alda Trapolina Mater, sororesq; pientiss. ex Testamento hæredes institutę H. M. F. I.

23 IO: BAP. Patri, Io: Andr. fratri, & posteris Hieronymus de Vrbino Art. & Med. Doctor.

33 LAVRENTIO de Anoali filio Q. Exc. Artium, & Medicinæ Doct. Dñi Bernardini ætatis suæ annorum XXXXII. Lucia Mater, & Francischina Vxor mœstissimæ posuerunt.
Obijt anno Dñi M. D. XXXXI. die XVII. Aprilis.

34 Ny trop. ny peu.
D. O. M. Ne puta Viator Italum Hominem hic sepultum, licet in Italia, & Paduæ quæ Italiæ velut ocellus, nam qui iacet FRANC. est, & inter Franciæ Nobilitatis togatos Vir primarius, quod te nomen, & cognomen plenius docuerint. nosti ne in Historia Franca doctum adprimè, & præstãtem Virum Joannem Tillium, eius memorialia nunquam sinent ab Hominum memoria Hominem tantum excidere, nam dum Francia erit, dum Mundus erit, hæc Historia erit. at huius hic Filius fuit eiusdemq; nominis, & cognominis, & dignationis, & muneris quippe in amplissimo Parisiorum senatu actuariorum princeps, & Baronatus de la Bussiere Dominus vt Pr̃ fuit Vir ingenio validus, iudicio viuidus, Franca suauitate suauissimus, qui turbata Gallia dum in Italiæ quasi in Idaliæ sinu inter amœnis. pacis flores cõquiescit, animam efflauit tranquil. & corporis exuuias hic reliquit lubens anno Dñi M DC. XIV.

35 Ossa Illustriss. Dñi JOANNIS Du Tillet Baron della Bussiere Obijt anno Dñi M. DC. IV. die XXII. Aprilis

36 *In Ara Corporis Christi ad dexteram Statua marmorea Doctoris orantis.*
Humani Generis Salutari
Cui quotidiana sacrificia, ac postrid. solemnit. Corporis CHRISTI quot ann. celebria persoluantur, vtq; sibi quot ann. iusta

iusta anniuersaria à die obitus sui auspicāda solemni sacrificio, & sequentia celebrentur, Vtq; KL. Nouembris postrid. q; nec non iustorum anniuersariorū die funalia bina singula septipond. pro Ara sepulcro apponantur, Quorum præstandorum ergo Ædes in Gerlolij Vico plus minus C C M Æstim. sodalitio tertij Ordinis in hanc curam legauit, ex quarum pensu præterea in Corp. Christi celebrit. in vsum luminum aureum, & semis. S. iniusta anniuersaria pro Aris illuminandis tantundem pendito. Pro Monachorum epulo in Corp. Chr. celebrit. & iustorum anniuersariorum die in singula itidem exhibeto. In eorund. Vestiar. & sacra stragula ad Aram insternendam aur. annuos idib. Octobris IX. dato, & præter structuram vtramq; cum res posset resarcito Q. D. reliqui fuerit pauperi, & inopi erogato. summa annua aur. XV. funal. bina sing. septilibr. BARTHOLOM. SANVITVS Art. Doct. Barbarani Archipr. An. Sal. M. D. XXVII. Ann. ipse LXVI. V. Lub. Q. P. D. Q.

---

37 BARTHOLOMÆVS Sanuitus Art. Doct. Barbarani Archipresbiter an. Sal. M. D. XXVII. Ann. ipse LXVI. S. V. P.

---

38 *Supra ostium Sacrarij.*

SOLI DEO HONOR, ET GLO.

---

39 *Ad dextram Aræ Ascensionis Dominicæ.*

ANDREAS Capiuacceus Obitij F. sacellum hoc à fundamentis construxit, & Dote ornauit, morte autem præreptus filijs suis perficiundum reliquit. M. D. XXIIX.

---

40 LAVRA Cumana Oliuerij F. Francisci Andræ F. Eq. Vxor soceri, ac Mariti agens mandata Altare erigendum, & totum ornamentum absoluendum curauit M. D. LXXV.

41 *Sepulcrum CAPIVACCEORVM sine titulo.*

42 *Ad effigiem B. Bernardini Feltrensis in columna.*
Beato BERN. Felt. Georg. Heruuart. Patricius
Augustensis Vindelicorum ex voto posuit
Ann. Dñi M. CCCC. XCVIII. Non. Mart.

43 *In Ara S. Francisci de Paula, familiæ GALLINÆ.*
M. D. XXIIII.

44 E regione Altari SS. Ioseph.
Ex Pataui nascens ANTONIVS Vrbe LEONIS
In Iure Egregius Doctor vtroq; fui.
Pontificum Iuuenis docui pia iura laborum
Hunc præcium extincto reddidit astra Deus.
Inuida quid iustis tentas posse nocere
Nocere plus illis odium . . . q; tuus addit.
Qui obijt M. CCCC. LXVI. die XVIII. Octobris.

45 *Ad aram S. Bernardini.*
Piæ Patris voluntati morem gerens V. I. Doctor, ac Eques
HIERONYMVS de Doctoribus dicauit M. D. XXXVI.

46 DOCTORVM Familiæ in nouissimum diem quietis locus.

47 Paduani de PONTE Viri Nobilis, atque integerrimi sacrũ.
Decessit anno Christi M. CCCC. LXXVI IIII. Idus Sept.

48 D. O. M. ANTONIO Rolando Viro opt. ac litteris græcis, & latinis pererudito, qui in hac Vrbe studiosos adolescentes præclaris studijs suis honestissimè adiuuit; quemq; Senatus Veronensis propter eius singularem probitatem, atq; eximiam erudi-

eruditionem in Ciuium suorum numero cooptauit Jacobus frater eius Archipresb. Pisogninus mœrens H. M. P. C. Vixit ann. XL. Mens. X. Dies V. Obijt XV. Kal. Nouemb. M. D. LXXI.

---

49 D. O. M. ANTONIO Berardo Io: F. Florentino genere claro, cuius acta vita prudentiæ, fortitudinis, probitatis testimonium dedit, Laur. su. mœr. fri opt. P. C. Vix. an. LVI. ob. sex. id. Mart. M. D. LVIII. Ab Inc.

---

50 MICHAELI Patri Mediolano Pegiorum Familia honestissimisq; vitæ moribus illustri immatura morte, dum ætatis annum vndeuicesimum ageret, & Cæsarei Iuris studio incumberet, præuento parentes pientissimiq; fratres posuere.

Non extrema fati me fata dedere, nec aurum
Nec virtus, nec stemma decens, nec forma iuuentæ
Solatur spes vna Deo par imagine vitæ.

Obijt die XVI. Maij. M. D. XXIV.

---

51 *Ad aram S. Bartholomæi.*

VIAS TVAS DOMINE DEMONSTRA MIHI, ET SEMITAS TVAS EDOCE ME.

---

52 *In ipso Altare sub imagine marmorea.*

BARTHOLOMÆO Vrbino Nob. Pat. Cæsareum, Pontificiumq; Ius max. laude diu professo Antonia fil. Patri opt. ac B. M. V. F. Vix. an. LXV. M. IV. D. XIIX.

---

53 *Supra tabulam ipsius aræ.*

PAVLVS Pinus Ven. M. D. LXV.

---

54 *Ante ipsam aram.*

BARTHOLOMÆO Vrbino Patri sibiq; ac eius posteris Antonia filia quietis locum in nouiss. vsq; diem P. C.

PET.

55 D. M. S.

PET. Luillerio Gul. Luillerij F. equest. ord. Viri summos honores in vtraq; Gallia publicè adepti. Nam primum Mediolani Senator, deinde Prætor Ticini lectus, postea in suprem. Sen. Collegium, inde libell. in regia Magist. ac Cancellar. Tandem Britaniæ minoris creatus max. cum laude magistratum gessit. Magnæ expectationis Iuueni in ampliss. Gall. Vrbe Lutetia Parisiorum nato, & liberaliter educato, iudicio acri, tenaci memoria, vitæ ad hæc integritate, & rara quadam innocentia prædito, quem cum iam græcè, latinèq; doctiss. seueriorum disciplinarum ergo Patauium se recepisset his virtutibus, spectatisq; ingenij dotibus ad paternæ gloriæ fastigium grauiter contendentem, proh dolor fata iuuida vnicum Matri infœliciss. superstiti solatium, & patrię ornamentum ingens propere eripuerunt. Gul. Gouberuilleius Norm. amico incomparabili amicus integerrimus, & familiares cum lacrymis B. M. Pos.

Vix. ann. XXII. Men. V. D. V.

Ob. XIIII. KL. XBR. M. D. IIL.

---

56 CHRISTOPHORO Longolio Belgæ Romanam Ciuitatem propter eximiam in studijs litterarum præstantiam adepto summo ingenio, incredibili industria, omnibus bonis artibus prædito, supra iuuentæ annos, in qua extinctus est, magno cum Italiæ dolore, cui ingentem spem sui nominis excitauerat, Petrus Bembus Amico atq; Hospiti posuit.

Te iuuenem rapuere Deæ fatalia nentes
Stamina cum scirent moriturum tempore nullo
Longoli tibi si canos seniumq; dedissent.

---

57 *Sub statua ænea Doctoris sedentis.*

PETRO Rocabonellæ Veneto Ludouici Medici filio Academiæ Patauinæ Assertori summo omnium liberalium Artium

tium Medicinæ in primis Professori eminentissimo, non tam studio, & doctrina, quàm natura, & moribus in omnium rerum vsu sapientissimo Andreas frater, & Ludouicus filius viuentes posuere M. CCCC. LXXXXVIII.

---

58 Celeberrimi D. PETRI filij D. Aloysij de Rocabonella Excellentissimi Artium, & Medicinæ Doctoris defuncti, sed viuit vterq; fama perenni hic ossa, & prædecessorum moliter quiescunt reditura iterum, sed potiora simul.

M. CCCC. LXXXXI.

---

59 *Extra ostium sacelli S. Gregorij.*

DIVO GREGORI SACRVM.

---

60 *In sacello.*

D. O. M. JO: MARIÆ, & Diamanti Mersi Parentibus optimis, ac Io: Baptistæ Canonico Patauino eorumdem filio suauissimis moribus prædito, Dominicus I. V. D. & Ecclesiæ Patauinæ Decanus, Ioseph, & Io: Iacobus fratres mœstissimi, ne carissimorum capitum memoria vnquam intercideret, mortalitatisq; memores sibi, & posteris P. anno Salutis M. DC. XX.

---

61 JO: MARIÆ, & Diamanti Mersi, & Posteris.

---

62 *Intra ostium sacelli.*

MERSI. A Solo. An. M. DC. XX.

---

63 *In pariete cum statua:*

HIERONYMO Cagnolo Vercellensi Viro opt. & in iurium scientia inter nostræ ætatis eminentiss. & propt. Taurini primùm, deinde Pat. majori stipend. quàm quisquam alius ius ciuile mag. cum laude, atq; omnium admiratione professo Nob. genere ill. Ducis Sabaudiæ munere senatoria, & Equestri dignit.

dignit. perfuncto fil. summa erga talem Patrem pietate hoc monumentum pos. Vix. Ann. LIX. obijt Kal. Feb. M.D.LI.

---

64 FRANCISCO Ambrosio Ferrariensi, qui propter elegantissimos mores, suauissimumq; ingenium, & poëticæ laudis præstantiam carus omnib. fuit, Costantia Mater mœstissima filio vnico posuit. Vix. ann. XXIX. obijt idibus Mart. M. D. LXIII.

---

65 LEONICO Thomeo Veneto mitioribus in litteris pangendisq; carminibus ingenio amabili, Philosophiæ verò in studijs, & academica, peripateticaq; disciplina longè præstanti. nam & Aristotelicos libros greco sermone Patauij primus omniũ publicè docuit, scholamq; illam à malis Latinis interpretib. inculcatam perpoliuit, & Platonis maiestatem nostris Hominibus iam prope abolitam restituit, multa præterea scripsit, multa interpretatus est, multos claros erudijt viros præter virtutem, bonasq; arteis tota in vita nullius rei appetens. Vixit autem an. LXXV. Men. I. D. XXVII. integer. Petrus Bembus amico incomparabili P.C. adscripto carmine, quod sibi viuens fecerat.

ΝΥΝ ΟΝΤΩΣ ΑΔΕΗΣ ΚΑΙ ΕΛΠΙΣ ΥΠΟ ΠΛΑΚΙ ΤΗΔΕ

ΥΗΝΟΝ ΕΚΟΙΜΗΘΗΝ ΠΑΣΙΝ ΟΦΕΙΛΟΜΕΝΟΝ.

---

66 FABRICIO Sacco, quem laus tulit Pompeia, & iuris candidatum rapuit flebiliter annus vndeuicesimus Canonio insignem sacrum dicarunt mœstiss. senes quod accipere debuerãt M. D. XXIV. idib. Aug.

---

67 D.O.M. FRANCISCO Franco J.V.D. Can. Aquileien. Prot. Apostolico, olim Vic. Generali Patr. Aquil. mox Ceneten. demum Patauino. Jacobus Frater mœstiss. pos. Obijt X. Kal. Jul. M. DC. XXVIII. ætatis LVI.

JO:

68 IO. Ioachinus ex Dominis de Paſſano Car. Comes, & Vallium Baro.

In pariete ſub ſtatua.

69 D. O. M.

HIERONYMO Nigro Venet. Iuris Conſ. & Canonico Patau. Philoſoph.& Eloquentia Clariſs. Romæ à Viris princip. propter ſummam ſapientiam, & integritatem maxim. ornamentis aucto Franc. Fr. & Felicita Sor. mœſtiſs. P. C. Vix. ann. LXV. obijt VII. KL. Xbr. M. D. LVII.

70 JOANNIS Verlani Dordraci Bataui Epitaphium.

Te vita egregium iuuenem ingenioq́; boniſq́;
Artibus ante diem mors peracerba tulit,
IOANNES Cœlo quàm terra dignior, ad quod
Credibile eſt ipſos te rapuiſſe Deos.
Gerardus mœrens, mœrens Hieronymus illi
Eidi olim hunc tumulum compoſuere tibi.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΕΙΠΟΤΕ ΣΩΦΡΟΣΥΝΗ ΤΙΣ ΕΡΑΣΜΙΟΣ ΕΙΠΟΤΕ ΠΑΣΙΝ
ΗΘΕΣΙ ΤΟΙΣ ΑΓΑΘΟΙΣ ΗΝ ΝΕΟΣ ΕΥΔΟΚΙΜΩΝ.
ΕΙ ΘΕΟΥ ΕΥΣΕΒΕΙΗ ΤΙΣ ΕΤΕΡΠΕΤΟ ΕΙ ΤΙΣ ΑΜΗΜΩΝ.
ΟΥΤΣ Ο ΤΥΜΒΕΥΘΕΙΣ ΕΝΘΑΔΕ ΙΑΝΝΟΣ ΕΗΝ.

71 D. O. M.

JOANNI Ludouico Heruvarto Auguſta Vindelicorum oriundo Nobili Germano Ioannis Pauli filio egregiæ indolis, ac ſpei adoleſcenti, dum in h. celebri Academia Patauina literarum ſtudijs operam nauaret, immatura morte prærepto mœſtiſs. Parentes ordine turbato pietatis ergo H. M. F. C. Vixit annos XIIII. Obijt anno M. D. LXXXII. K. Nouemb. Hic Dñs fecit fieri totum hoc ornamentum.

---

72 D. N. M. Q. E.

STELLA STELLA Bassanensis q. Raynaldi de Merzarijs Vicentini vxor virtutum radijs tanquam sidus effulsit, rei familiaris administratione multumq; præcipuè valuit, dum Paduæ simul cum filio causa pacificè viuendi incolebat ad cœlum emigrauit an. Salutis M. DC. XXVIIII. die II. Julij Ætatis suæ LVI. Camillus dilectus filius I.V.D. afflictissimus, mœstissimus, lacrymis semper abundans ad mœrorem leuandum, & ne Matris interciderct memoria posuit Anno M. DC. XXVIII. die XIII. Iulij.

---

73 MELCHIORI Lupato Ciui Patauino Tabellioniq; celeberrimo, & Petri Barocij Episcopi Paduani Cancellario vnico Viro rarissimo, ac meritiss. Laurentius Malmegnatus hæres sibiq; ac posteris suis fieri iussit Fratre Ruffino Lupato eiusdem Melchioris filio curante M. D. XXII.

---

74 CORODVÆ Linquaciæ vxori dulciss. cum qua an. XLV. Men. XI. die XV. concordiss. vixit Ioannes Franc. Codacius Donati F. Coniux mœstiss. fecit, & sibi, & suis omnibus M. D. XXV. Id. Ianuarij.

---

75 Sepulchrum famosi Artium, & Medicinæ Doctoris Dñi Magistri IOANNIS MICHAELIS de Rouersis 1461. die 2. Augusti.

---

76 Cõmendabilis Viri Ser SIMEONIS de Rodigio Notarij Ciuis Paduæ, & suorum hæredum.

---

77 IOANNES Gerardus de Sandrenis Ciuis Patauinus viuens sibi, & hæredibus suis M. D. XXIII. die XXVI. Nouemb.

I. F.

78 I. F. MDXCVI.

79 ANGELO Tubicinæ scribæ Territorij Patauini An. XL. constantissimo defensori Vincentius Scardeonius Medicus, Fr. Galetus, Fr. Merius generi B. M. P. S. & S.
Vixit ann. LXXXI. Obijt ann. M.D.XXXVIII. XVI. Kal. Iunij.

80 Huius Conuentus instauratrici, ac miseror. parenti pijssimæ CATHERINÆ Malgarisiæ dicatum.
Obijt autem VI. id. Aug. M.D.X.

81 Veri pietatis alumni IACOBI Feltrensis in districtum examen quietis locus. Obijt verò Kl. Septemb. M. D.X.

82 ORAT. ab Aggere Pat. & Claræ de Stephanis Ven. Iugal. hic Paulæ Baduariæ hæred. ære sunt ossa collocata An. Chr. M.D.XCVI. die XVII. Iunij.

83 Hic iacet D. Presbiter PAVLVS Gauardus de Brixia donec . . . .

84 *Sepultura Cœnobitarum sine titulo.*

85 D.O.M. IVLIO Trapolino Ciui Nobilissimo, ac ornatissimo Petri illius Eminentissimi Philosophi F. Cõmissarij ex T.
Obijt M.D.XXIX. Natus A. XXXXIV. M. X.
Extincta Trapolinorum Familia Nobiles de LAZARA à S. Agata Marinæ Trapolinæ F. hanc sibi, suisq; elegerũt Sep.

86 Z. F. M.D.LXVIII.

87 D. IVSTINI q. D. Alexandri de Madijs D. B. & soror. tertij Ordinis S. Francisci M. CCCC. LXXXXIII. die P. Maij.
Sepulcrum Tertij Ordinis S. Franc.

88 Discretus, ac sapiens ANTONIVS de Palladin
sibi posterisq; suis M. D. X.

89 *Humi cum figura Doctoris quiescentis.*
VICTOR ex Dulci familia Feltrensi natus Iuris Pontificii accuratissimus interpres hoc marmore clauditur, qui vt sapientia nostra claruit ætate, ita exutus vita fama nunc perbeatè lustratur M. CCCC. LII.

90 Hoc sepulcrum est Ser ANDREÆ de Facijs,
& hæredum suor.

91 S. Nobilis Familiæ BRENTA extinctæ M. DC. VII.

92 *In Sacello S. Francisci.*
Sepultura MICHAELIS Migliara I. C.
. . . .

93 VIGONTIÆ Familiæ Monumentum hoc vetustate lapsum grati posteri restituere Bonzanellus, & Antonius ex Jacobo fratres MDXXVI.

94 Moriæ Claræ Matri dulcisſ. Alexandro Nicolæ Victrico sibiq; sepulchrum hoc Lælius filius mœstisſ. suo ære construxit cæteris omnibus omnino locũ negans An. Dñi M.D. LXXXVI.

95 Sepulcrum Antonij Bachi Pistoris . . . .
. . . .
Obijt anno Dñi M. D. LXXXVI. . . . .
Ætatis suæ ann. . . . .

CITTA-

96 CITTADELLA de Cittadellis dilecto Viro suo Franc. Cosauechia Ar. & M. Doct. præstant. q. Juliani Iu. V.D. filio eiusq; hæred. ob summi in eum amoris memoriam mœstissima posuit. M.DC.VIII.

97 M.CCCC.XXXIIII. Sepultura de Baldin de Lorenzo da l'Olio da la Sauonarola.

98 ALEXANDER Nicola sibi, & Gabriel fratri, posterisq; suis V. I. C.

99 *In Sacello S. Didaci.*

D.O.M. VBERTINO PAPAFAVÆ Episc. Adri. Abb. Sebenici Bonifacius Eques Redemptoris mœstiss. Fratri Posuit Anno Salutis M. DC.XXXVI. Obijt Anno M. DC. XXXI. IX. Octobris. ætatis suæ LII. Mens. V. in Ciuitate Rodigj.

100 D.O.M. Et sibi, & Vxori, & hæredibus BONIFACIVS Papafaua Eques Redemptoris posuit an. M. DC XXXV. Mense Feb.

101 D.O.M. JO. MATTHÆVS, & Ludouic. à Vallib. Ludouici fil. alter pacis artib. alter militia insignis V.V. locum monumēt. sibi, & suis omnibus pos. H M.D.M. M.D.L.

102 Sepulcrum Comitis de VALLIBVS Notarij, & suorum.

103 Sedem hanc æternæ quietis consortio Charit. Præsidentes eiusdem posuere M D.XXVI. VII. KL. Aug.

104 BONIFACIO Rubeo Francisci Iur. Consul. F. Votis eius parentes Filij pientiss. parentiori posuere.

Nouissi-

105 Nouissimorum suorum memores Joannes Dom. ac Hieronymus fratres Zanetini lignorũ mercatores sibi, posterisq; suis viuentes posuere Anno humanæ Salutis M. D. XXXIV. KL. Aprilis.

106 Questa sepultura si è d M̊ Andrea dal Sauon, e de suoi credi M. CCCC. XLVIII.

107 Ossa MAINARDI Caualcantis Joann. F.
Bartholom. N. Patrit. Florentini
Vix an. XX. M. VI. D. XV. Ob. An. M. D. LXXII. D. XXI. Oct.

108 BARTOLOMÆO Caualcanti Patr. Flor. qui optimarum artium egregia cognitione instructo consilio, & eloquentia maximis in reb. præclaram operam Paulo III. P.M. Henrico II. Francor. Regi, & Octauio Farnesio Parmæ Placentiæq; Duci varijs belli, pacisq; temporibus nauauit, singularibusq; ab ijs honorib. ornatus fuit, ac demũ Patauium secedens cum morbo senioq; affectus ingenij tamen monumenta literis mandaret, magno bonorum omnium dolore, qui illius doctrinam animiq; magnitudinem admirabantur, è vita decessit, Joannes Caualcãtes Patri optimo mœrens pos. Vix. an. LIX. M. X. D. XXV. Obijt V. id. Dec. M. D. LXII.

109 *In Sacello D. Iustinæ.*

Sacellum hoc BENEDICTVS Vitalianus Georgij F. ære suo, & Catherinæ Coniugis non inuitæ fecit instructum dote, & ornatum ad Christianæ pietatis cultum Sanctissimæ Virgini dicauit cum adiecto sepulcro ad religiosos vsus pertinere tum Comitis Antonij Calze nepotis, atq; adeo Prolis omnis virilis ex Iustina filia voluit tum eorum, quos legitimè ex nobilissima Vitalianorum gente vbiuis ortos constiterit Anno post Salutarem Christi aduentum M. D. LXX.

Sepul-

100 *Sepulcrum VITALIANORVM, quorum hîc insignia sine titulo.*

111 *In epistilijs sacelli.*
Hucusq; fines Capellæ BENEDICTI Vitaliani, totiusq; Vitalianor. familiæ M.D LVIII.

112 IOSEPHO Moletio Messanensi doctrina, probitate, affabilitate Viro Clarissimo post Egregiam operam datam Vincentio Mantuæ Principe sereniss. ad Mathematicas disciplinas instituendo ijsdem per an. XII. in Gymnasio Patauino in temperandis operibus lucubrandis Calendario ex voluntate Gregorij XIII. Pont. Max. mandato Sereniss. Ven. Reip. corrigendo ætate annorum LVII. extincto Procuratores hæreditatis An. M.D.LXXX. VIII.

113 *Sepulcrum.*
IOSEPHVS Moletius Mathematicus celeberrimus ossa hic relinquit an. M. D. LXXXVIII.

114 D. PVLICENÆ à Iudaica ossa hic sita sunt anno Salutis M DC.XXVII. X. Decembris.
Bernardinus eius filius non sine lacrymis P. F.

115 D.O.M. Elisabethæ Triumphæ Nobili Anconitanæ pudicitia, castitate, ac corporis venustate insigni Patauij, quò valetudinis gratia se contulerat, vi morbi extinctæ Ludouicus Racanus mœstiss. Coniugi chariss. P. C. Vix. ann. XXXXIV. Obijt III. Non. Sept. M.D.LXV.

116 D.O.M. BARBARÆ Verrariæ Nob. Mantuanæ Federici Pendasij Mat. Philosophiam ordinariam in hoc Patauino Gymnasio profitentis. Vxori probatissimæ atq; chariss. immatu-

ra

ra morte præreptæ ob vitam primo ipso partu filio cõmunicatam ijs moribus atq; animi probitate exornatæ, vt sicut viuens vitam, ita moriens mortem optatissimam Coniugi superstiti reddiderit, hoc amoris perpetui monumentũ ab eodem est positum benemerenti anno Domini M.D.LXVI. Obijt sexto Nonas Iulij. Vixit ann. XXIII. M. IIII. D. XVII.

---

117 IOSEPH. Capriolus, & suis posteris M.CCCCCC.XXX.

---

118 MARIETÆ Vxori, & mulieri imcomparabili sibi suisq; Hippolytus Parma Philosophiæ, & Med. D. P.
M.DC.XXVII. XVII. April.

---

119 MARIETÆ Lanzæ sepulcrum M.D.LIV. X. Augusti.

---

120 Nicola à Glara posuit M.D.XXXXVI.

---

121 Domus Bacelleria M.DC.XX.

---

122 Hic iacet Ser ANTONIVS de Cremona, & Vxor eius, & Giorgius filius eorum M.CCCC.LXIV.
M.D.XLV.
Ex. Iu. Vt. Doct. D. Bernardino de Bonmartinis, & Dño Joan. Gabrieli eius Patruo, & successoribus.

---

123 D. Angeli Casalini, & successorum eius in nouissimum diem quietis locus hunc sibi V.F. M.D.LVIII.

---

124 M.D.XLVI. MARIETA consort. Peregrina Bert. F. M.Bernad. Mer.co D. I. N. P.

---

125 *In peristylio.*

FRANCISCO Matioleno honestam mercaturam exercenti Ann. M.D.LXXX. ætatis suæ LXVIII. cum magna probo-

proborum hominum mœstitia extincto Viro amātissimo Magdalena vxor mœstissima eius mandato hoc monumentū posuit
An. M. D. LXXXVI.

---

126 D. O. M.
PAVLO Galeoto Veicentino, & Ciui Patauino Philosopho, ac Medico eximio Anatomices in primis, & Chirurgices peritissimo, cuius ad summum gloriæ fastigium peruentura industria diuturniss. morbi vi interrupta atq; extincta est Antea Mater mœstiss. filio vnico, & Joannes Triuisanus Patauinus amico singulari P.C. Vixit An: XLIII. M. I. D. XII.
Obijt XIV. KL. Aug. M. D. XCIII.

In Exedra.

127 *Sepulcrum sine inscriptione, cuius insignia piscum referunt.*

---

128 IOSEPHO, & Margaritæ Mandellis Parentibus optimis Joannes, & fratres mœstissimi F. F. & sibi, & suis, posterisq; eorum CIↃ IↃ ↃXI.

---

129 D. O. M.
Hoc BARTHOLOMÆO Fanzaghio vita functo Antonius Viti, & Antonius Fanzaghius sibi, & posteris monumentum erexere Anno Salutis M. DC. XVI.

---

130 Sepultura di ANTONIO Bellino, e suoi heredi Sogaro
Anno Salutis M. DC. XXVI.

---

231 Domus Gregetia M. D. XCVIII.

---

132 GASPARO Marchioro Bonati fratelli, & sui eredi
Anno Dñi M. DC. XVII.

133 *In hoc Templo sepulti sunt sine titulo.*

FRANCISCVS Bonafides Pat. Medicus cl. in sepulcrum Laicorum Fratrum tertij Ordinis illatus fuit Anno 1558.

134 PALLADIVS Friscus, siue Niger Pat. Rhetor.

135 ANTONIVS Gazius Philosophus, & Medicus insignis, qui obijt 1528.

136 HIERONYMVS FABRICIVS ab Aquapendente Medicus, & Anatomicus.

137 *In Ædicula Conceptionis B. V. in Hortis cum stemmatibus illorum de Grumpis, & de Marostica.*

138 IN XENODOCHIO S. FRANCISCI.

BALDO Bonifarcio Plumbinati insigni pietate Viro Iuris Vtriusq; Doctori, Sybillæq; de Cepto coniugi pudicissimæ, qui alia mirificè liberalitatis monumenta illustriaq; & ampliora ædificia Hospitale hoc ære proprio in Christi pauperum commodum à fundamentis extrui curarunt, ipsumq; prouentibus, ædibus, possessionibusq; amplissimis pietatis ergo celeberrimum reddiderunt, & ne tanti muneris memoria abolescat, Joan. Baptista Zuffus Patauinus per admodum illustres Iuris Vtriusq; Doctores Excellentissimos Dominorum Iuristarum honorandi, ac sacri Collegij huiusce Ciuitatis Prior licet immeritus huius Hospitalis electus M. H. P. C.

A. D. M. DC. II. Mensis Septemb. die XVIIII.

139 *In pariete Ecclesiæ*

STEPHANVM Kokosium Transiluano Vngarum Phil. & Medic. Doctorem, & in hoc cenosodochio Medicum adsisten-

tem solertiss. annos XXXII. natum, posteaquam, eiq; anima anno Salutis CIↃ IↃ CXXVIII. XXIII. April. ipso nempe die Paschatis hora XXI cælesti consortio adscripta est, populares mœstiss. nouissimum exsequuti officium sub certa beatissimæ resurrectionis spe in hanc requiem inferri curauerunt, dein saxum hoc ære Laurentij Balk Claudiop. I. comparatum, inscriptione ornauit Matthæus Sczanaki Vng.

Hic iuuenis fortis, Medicus jacet, ergo nec ætas,
Nec vis, nec Medicus vincere fata queunt

---

140 M. D XXX. Idib. Aug.
Sepulcrum PRIORVM huius Xenodochij.

---

141 *Non longè ab hac Ecclesia est Ædicula S. MARIÆ, vulgo dal SOCCORSO, Anno 1576. exstructa à FEDERICO CORNELIO Cardinali Episcopo Patauino, conferentibus symbolam quibusdam Viris cl. & Matronis nobilioribus, inter quas MARIA LAZARA è Ioannis Equitis S. Iacobi vxor sacrum quotidianum eiusdem loci, S. Francisci Cænobitis legatum annuum quadraginta Ducatorum reliquit.*

Prope Templum D. Antonij Ædicula cum titulo.
HOSPITALE SPIRITVS SANCTI.

SANCTI ANTONII.

1 *Supra Ostium Nomen IESV exornatum varijs picturis hac Inscriptione.*

ANDREAS Mantegna optimo fauente Numine perfecit M.CCCC.LII. XI. Kl. Sextil.

---

2 In arcu ostij Occidentalis de ædificatione Templi.

Mille ducentis vno currente trigenis,
ANTONIVS frater venit ad alta Pater;

Nunc regnat plenus, qui vixit pauper egenus,
Hispanus gente Paduæ tulit esse colonus;
Cuius ad exemplum sacratum visita templum,
Et pia nunc vota, fœmina virq; nota. Amen.

---

3 *Ingredienti ad dexteram occurrunt loco sublimi monumenta duorum Doctorum huius cœnobij, addito vtriusq; vultu marmoreo.*

HIERONYMVS Girellus nob. Brix. Ord. D. Francisci post naturalem Philosophiam, & Metaphy. Perus. Bonon. & Ticini explicatam, Pat. vocatus ad sacramq; elatus Theologiam XXV. ann. publicè est interpretatus. At non contentus eam in riuulis degustusse, fontem viuum quærens, vitam hanc virtutis in eam gloriæ commutauit. Ann. à Verbo incarnato M. D. LXXIII. V. Mar. ætatis suæ LXXXIII. F. Maximianus Beniamus Cremen. eiusd. Ord. Inquisitor Paduæ, eiusq; alumnus, ac RR. PP. Brixien. honoris, & vtilitatis in eo collatæ memores P. C.

---

4 SIMONI Ardeo Veneto Minoritæ Religionis splendori, qui dum ex Patauinis Athenis omnes terras illustrasset Philosophorum, & Christianorum Theologiam, summa cum laude, omniumq; inuidia superata professus, viam tandem vniuersæ carnis ingrediens dormiuit in Domino, F. Bernardinus Alumnus rerum, & cognominis hæres non ingratus P.

Obijt ann. 1537. ætat. suæ 65. 3. Kl. Maias.

---

5 *Aræ D. Caroli Inscriptio.*

Ex piorum Eleemosynis Deo Diuoq; CAROLO dicatam Anno Domini M. DC. XIV.

---

6 D.O.M. Ex dispositione MARCI Fõtaniuæ nob. Patauini.
D.O.M. Exequuta ære suo commissariorum decreto.

In

7 *In vtroq; basi Aræ B. V. & Sancto Bernardino.*

BORROMÆVS BORROMÆVS Petri Franc. Balbi hanc Aram cum sepulcro instituit ex Ludouica fil. Abnepos, & successor instruxit, exornauit An. Salutis M. DC. XXXIV.

Humi vero.

PETRO FRANC. Balbi Patauino Barth. Bal. F. & Helisabetæ vxori, eorumq; posteris Aram hanc D Bernardino dicatam, cũ monumento Commiss. ex testamẽto fieri curarunt Obijt M. D. XII. XI. Kal. Quint.

8 *In vicina Columna dum hæc scribimus erectum fuit cum statua marmorea splendidum hoc cænotaphium Viro cl. cum cuniuge ad D. Laurentium propè suas ædes sito.*

JOANNI DOMINICO SALA Medicorum Principi, qui antiqua Artis miracula reuocans fugientes animas nõ semel repressit, membrisq; suius hærere compulit, & ad demerendos laude postera mortales per sex, & triginta annos salutis arcana florentiss. Gymnasio euulgãs, id plures docuit, quod pene solus poterat, Jacobus, & Franciscus filij parenti optimo P. P. Vixit annos LXV. decessit Anno M. DC. LIIII.

9 *In eadem columna cum statua elegantissimi operis cenotaphium Cardinalis Bembi, qui conditus est Romæ in æde Mineruæ.*

PETRI BEMBI Cardinalis imaginem Hieronymus Quirinus Ismærij filius in publicum ponend. curauit, vt cuius ingenij monumenta æterna sint, eius corporis quoq; memoria ne à posteris desideretur. Vix Ann. LXXVI. Mens. VII. dies XXIX. Obijt XV. Cal. Febr. M. D XLVII.

10 *Adhæret in altera parte effigies Mag. Philippi Fabri cũ literis.*

PHILIPPO Fabro Fauentino Conuentualium Ordinem sacra vita, regimine studiorum Prouincialatu Bononiensi Peripate-

ripateticam, & Scoticam Palestram libris Logicæ, Physicæ, Metaphysicæ scolasticæ Christianā fidem scriptis in Atheos, & hæreticos accerrimis: Patauinam Vniuersitatem studijs Philosophię, & Theologiæ annis XXVIII. vitam mortalem LXVIII. immortalem A. M. DC. XXX. Virtutibus illustranti, Patauini Patres amantes Amanti iusta soluunt.

---

11 *In altera Columna cum vultu marmoreo.*

Comiti ALBERTO de Comitibus patritio Patauino ob egregia in Venetam Remp. merita, & virtutem domi, militiæq; cognitam Tribuno militum iuuenili ætate creato Comes Paulus mœstis. filio vnico optimo immatura morte prærepto pos. Anno M. DC. XXXV. Vixit annos XXX.
Obijt an. M. DC. XXV. Tertio Non. Nouembris.

---

12 *In sacello S. Francisci in ipsa ara.*

JACOBI Bellini Veneti patris, ac Gentilis, & Joannis natorum opus M. CCCC. IX.

---

13 In loco sublimi sepulcrum cum figura lapidea.

Dux bello insignis, dux & victricibus armis
Inclytus atque animis GATTAMELATA fui,
Narnia me genuit, media de gente, meoq;
Imperio Venetum sceptra superba tuli.
Munere me digno, & statua decorauit equestri
Ordo Senatorum, nostraq; pura fides.

---

14 *Te quoque IOHANNES ANTONI immitia Fata,*
Morte, licet doleant, eripuere tamen,
Clara tibi facies, necnon victricia signa,
Inq; acie virtus fulminis instar erat
Vnica spes hominum nam tu iuuenilibus annis
Consilio fueras, & grauitate senex,

Gatta-

Gattamelata Pater decorant pietasq; fidesq;
Ingenium, mores, nomen, & eloquium.

---

15 *In sacello Crucifixi supra aram.*

D.O.M. Beatiss. Deiparæ, ac Di. Ap. Eu. Joanni sacrum, CAMILLVS de S. Iuliana D.P.H.D.P. an. Sal. M.DC.XXIV. Sacello extructo, & ære pro sacrificio legato Ioannis patr. opt. Eq. P. P. V. C.

Ossa transferri voluit Camillus de S. Iuliana, sibiq; hanc quietis sedem elegit.

In sacello S. Felicis, Bonifacij Lupi Marchionis Soranæ.

16 An. Dñi M. CCC. LXXXVI. Indictione XIIII.

Nobilis Miles, & Marchio Soraneæ Dñs BONIFATIVS de Lupis fecit fieri hanc Capellam ad honorem Dei, eiusq; gloriosę Matris Virginis Mariæ, & Beati Iacobi Maioris Apost. cui Capellæ Altare cōsecratum est nomine ipsius Inclyti Apostoli, super quo de consensu Ministri Prouincialis Guardianus, & Fratres tres huius Ecclesiæ, qui pro tempore fuerint, promiserunt facere celebrari perpetuo singulis diebus tres Missas pro anima prędicti Militis, omniumq; defunctorum suorum, & pro his quidem firmiter obseruandis, quoniam omnis labor optat præmium, præfatus Dñs Bonifatius reliquit fratribus prædictis annuatim diuersis tēporibus anni Centū, & Quadraginta Ducatos auri, quos dare eisdem tenentur Sorores Minores de Arcella Noua Paduæ absq; aliquo eorundem grauamine, vt ex testamento antedicti Militis plenissimè continetur.

---

17 *Proh dolor, hac miles iam bello clarus, & armis*
Iam terra pelagoq; micans Bonifacius atra
Molle iacet, quem Parma tulit, qui Marchio vixit
Soraneæ gentis decus hic & summa Luporum
Gloria pro latrijs, qui quondam plurima gessit

Prælia,

Prælia, ductor heris & sæpe decora triumphis
Hic hic cuius erat consulta resumere letus
Imperialis apex, Regiq; domesticus idem
Astitit Vngarico Domino vir gratus vtrique.
Quidni? consilio fuit hic, probitate, fideq;
Iustitiaq; nitens; superum deuotus, & almæ
Religionis amans, quo non præstantior alter
Recta sequi maiorq; sui delectior honoris,
At quid Fata virum tanti prostrasse iuuabit?
Sydera mens scandit, gelidum licet ossa sepulcrum
Stringat, & æternum sua viuet fama per euum.
MCCCLXXXVIII. Die XXIII.

---

18 Hic iacet Domina BARTHOLOMEA Vxor nobilis militis Domini Marsilij de Carraria, Q. obijt Brixiæ. I MIIIXXXIII De Mense Nouembris.

---

19 Quatuor Ducum in vno tumulo, Gulielmini Rubei Rolandi Marsilij, & Petri Carrigeris assinitate iunctorum.

Quatuor hoc marmor procerum tegit ossa sepulcri
Hectore quis potior, quis Nestore doctior istic,
Gugelminus erat Rubeis satus indita Parma
Edidit hunc animosa Ducem, cum quo genitos tres
Archa tenet felix tanti genitura parentis
Rolandus, virtute animi generosus in omni
Dote nitens dextre tremor hostibus axis amicis
Ardens Parmigenis lampas pietatis asillum
Supra hominem cinctus titulis Marsilius armis
Strenuus, irriguus, librati consilij fons,
Spes patriæ, domuiq; iubar Parmæ decus altum
Quid Petre Musa canet de te nisi quod Polus vnquam
Non fluxit probitate parem, nam Dux V afer alter
Scipio magnanimus fueras super ardua Martis,

Edoctus

Edoctus duxisse acies per bella furentes
Testis adest Venetus super his. & Lilia rubra,
Quos procul à Patria busto hoc fortuna coegit
Carrigerum affines commixto fœdere tędæ
Corpore formosos, animi virtute corruscos
Imprime Romuleis horum sua gesta triumphis
Posteritas linguis ressonis recolenda per euum
Vt locet à dextris Deus hoc supplexq; precare.

Obijt autem præfatus Dominus Petrus parùm ante alios tres prædic. D. M.CCC.XXXVII. Aug. VII.

---

20 FERANDVS Tormentorum muralium pro Serenifs. Rep. Veneta Generalis Præfectus Patauium admisso exercitu fortè se ccedens Auorum memoria coluit.

Anno M.DC.VII. Mense Decembri Die VIII.

---

21 Humi cum figura marmorea Mulieris.

Hac de Franciscis tegitur CATHERINA sub Vrna
Cui natale solum Stazia Tusca dedit,
Prudens, iusta fuit, morum grauitate venusta,
Norma pudicitiæ, splendida cela boni,
Strenuus insigni coniux Bonifacius illi
Marchio Soranea stirpe satusq; Lupa.

MCCCCV. D. XX. Jun.

---

22 *Supra Aram D. Bonauenturæ.*

Altare hoc D. BONAVENTVRÆ dicatum renouauit R.B.F. JOAN. ANT. Bellanus Pat. Superiorum permissu. An. M.DC.XLII.

---

23 *Ante Aram S. Sebastiani, & S. Vrsulæ in basi.*

Christo Deifilio Crucifixo, ac D. Bonauenturæ Gregorio, Sebastiano, Vrsulæ, vniuersoq; Commartyrum agmini, Fra-

res JACOBVS Mastellarius Pata. hanc Aram cura propria dicauit anno D. M.D.LI. K. Decembris.

---

24 Humi sepulcrum cum figura Lapidea Viri togati, cum Stella pro stemmate, & Literis.

Clara animi virtute nitens diademate Legum
Baptista insignis iacet hic de stirpe creatus
Inglesca quam pace sua Constantia vidit,
Roma etiam Antonium dum Sanctum nomine dictus:
Nunc iacet hoc solo, depressa in funere tristi.
MCCCCXII. XXI. Mensis Septembis.

---

25 Prope ostium Sacrarij in pariete.

Qui legis hæc fratris Paulini cerne sepulcrum,
Pars iacet hic, cuius pars tamen astra tenet,
Astra tenet quoniam pacem dilexit, & illam
Seruari monitis sanxit in vrbe suis,
Cuius multa licet fuerint preconia saltem
Hæc tibi quæ referas accipe posteritas;
Vir fuit in laqueo vitæ longæuus honestæ,
Assiduus normæ dogma tenere suæ;
Dulcibus eloquijs cui persuadere quietem
Ciuibus, & Patriæ sedula cura fuit;
Pacifer hic Patauæ sedauit scandala terræ,
Exulibus patrios restituitq; lares;
Fœdera dum Regi ferret laudando Boemo
Vrbe Tridentina turbine febris obit.
Transtulit huc carum Paduæ Respublica corpus
Quod coluit templo quo cubet ipse suo.
Dena bis in Tauro præbebat lumina Titan
Cum tribus exorto mille trecenta Deo.

26 *Papæ Sisti IIII. memoria.*

Frater FRANCISCVS de Sauona adhuc pubes ab Antonio de Rusconibus Generali ministro Ordinis Minorum, Patribus sacri huius Conuentus religiosè instituendus, & sacris litteris imbuendus oblatus est, ac studiosissime commendatus, apud quos moribus & eruditione proficiens, per omnes scholasticos dignitatis gradus, ad sacræ Theologiæ magisterium legitimè conscendit: Adiutus etiam à quibusdam deuotis ciuibus, & præcipue ab Elya de Como viro probo & liberali: Assumptus demum ad Papatum, & Sixtus IIII. nuncupatus, ne ingratitudinis notaretur infamia, plenariam Indulgentiam perpetuò duraturam Ecclesiæ Diui Antonij initiatus cuncta sacrorum ordinum primo persoluerat, & Deo Opt. Max. deuotissimè religiosissimeq; seruiuit, liberalissimè concessit, quam Julius Papa II. suus Nepos, vt patet, declarauit, & confirmauit.

---

27 *Ante Chori ostium circa figuram fratris quiescentis.*

Hic requiescit in pace Reu. P. F. BARTHOLOMÆVS . . . . Magist. S. Antonij, qui obijt XVI. Februarij M CC . . . .

---

28 In aditu ad primum Claustrum cœnobij ad dexteram Familiæ PARADISIÆ

Stirpe PARADISIA germani, Bartholomæus,
Atque Ludouicus hanc statuere Piram,
Ah Nicolae studens legum genitus Ludouici
Huc primum ingrederis mors furit ante diem,
Ordine preuerso Maij lux dena quaterna
Te rapuit mundo, scandit ad astra celer.

---

29 *Nobilitas animi generisq; VIGONTIA mundo*
Nomina qui iaceo clara dedere mihi,

Fidus Carrigeris virtute probatus in armis;
Bonzanellus eram, quando necesse fuit;
Quæ domus hæc? vbi te inueni celeberrime frater
O Nicolae? domus nos tenet arcta duos,
Quid sumus aspicias gradiens hoc calle viator,
Parua mora estincta carne futurus idem;
Sedibus Elysijs vt dextra parte locemur,
Mente velis tacita solicitare Deum.

---

30 VICTORIÆ Viguntiæ Ioannes Beltraminus, & Viguntius Doctor, & Eques vir hanc curauit instaurari. Hæc obijt anno ætatis suæ XXVIII. Anno autem Domini MDLXXII.

---

31 Sub figura Militis armati.

Rector in officijs magn. Romæq; Senator
Electus, probitate animi Fridericus, in armis
Strenuus iste fuit miles, pius, atque seuerus,
De Lauellongo, quem nouit Brixia natum.
Ossea pars Saxa clausa est, mens gaudet in astris,
Famosum meritis, nomenq; celebre relictum.

MCCCLXXIII. Ind. Decima Die prima de Mense Sept.

---

32 *Arca in pariete cum Stella fortasse Vngarellorum, in quo hodie conduntur illorum de VITALIANIS, & sep. humi, cum eodem stemmate.*

---

33 JACOBO Pauino optimo genitori Io. Franc. F. GR. Theolog. diuiniq; ac humani Iuris Consultus Canonicus Patauinus sacri Apostolici Palatij causarum Auditor ad P. M. F. M.CCCC.LXVI. XII. Septemb. Senio expirauit, malis cedens, superatis aduersis. F. I. D. Vixit Annis LXXX.

---

34 *Sepul. rubri lapidis cum literis corrosis & stemmate, legitur*

L I B E R T A S.

Hæc

35 Hæc est sepultura nobilis FEDERICI filij Domini Aldolfi Comitis de Nassauue, qui obijt Anno Domini M. CCC. LXII. Vigilia Natiuitatis Beatæ Mariæ Virginis, cuius anima requiescat in pace. Amen.

36 *Ante Aram Quinque Martyrum, Fratrum sepulturæ tres, In quorum vna legitur.*

Juris Pontificij, & sacræ Theologiæ Doctor JOANNES PETRVS Belunensis ex Ordine Minorum hoc sepulcro merito conditus fuit, Die VIII. Augusti, M.CCC.LX.

37 Supra Turris sacræ ostium cum figura lapidea militis quiescentis.

De Zabarellis vrna ossa tenet ampla Marini,
Suscipe Virgo preces, animam in tuo regno reconde,
Legum Canonumq; fessam tua liceat in arce morari.

MARINO Zab. seniori Iuriscon. maximè memorando, obidq. indigno cuius sepulcrum tãdiu neglectum ignoraretur, grata agnatorum posteritas H.M. B.M. restituit.

Obijt anno Domini M. CCCC. XXVII.

38 *Prope sacellum S. Catherinæ Zabarellorum dicatum.*

M CCCC LXXXI. And. IIII Abauo, Io. III. Proauo, Dan. II. Auo, Bar. III. Patruo magno Iureconf. & Equiti, Iacobus II. Ant. Zabarella bini Iurisc. ac miles, sibi, suisq; alijs ab Imp. Sigis. magnificis atque inter illustres habitis restituit.

39 D. O. M.

Sacrum, & posteritati ASCANIO Zabarellæ Franc. I. C. & Equitis F. Qui expeditionum Germanicarum celebri Tyrocinio, & clarissimorum Imperatorum contubernio reiq; militaris vniuersæ notitia, & vsu olim clarus nuper bello Mantuano

no pro Serenifs. Republica proprijs fumptibus, & domeftico Equitum manipulo per quatuor annos manu promptus Confilio pollens affiduam, & fortem operam nauauit, demum clade peftilitatis in ætatis flore, & meritorum meffe non fine ampliffimi ordinis dolore interceptus diem obijt prope Pontem Alieniacum Anno Ætatis XXXIIX. Salutis M.DC.XXX. Lucia Mater, & Lucina Vxor lucis vfura in gratijs fruentes pofuere.

---

40 *In facello S. Agatæ Domus Buzzacharenæ.*

D. M. THEOPHILO Buzachareno patri optimo, & Vrfinæ Cremæ Matri indulgentiffimæ, ac Mariæ Buzacharenę vxori dulciffimæ; Scipio Buzacharenus, fibiq; & pofteritati fuæ, gentilicium hoc fepulcrum inftaurauit M D LI. Menfe Martio.

---

41 SCIPIO Buzacharenus viuens, fibi, pofterifq; fuis faciendum curauit. Anno Domini M D LI.

---

42 ANGELO Buzachareno Iuris interpreti excellentiffimo, Salius Iurifconfultus frater benemer. pofuit. M D LI.

---

43 SIGISMVNDO Gonzagæ Car. Vrfinæ Crema, Scipio Buzacharinus fil. ob amborum beneuolentiam, & æternam memoriam pofuit. M D XXXXV.

---

44 In facello S. Profdocimi Familiæ Capitisliftę fub ftẽmate leg.

LEAL DESIR:

Hic conditi funt fine titulo Io. Francifcus, Gabriel, Ioan. Federicus, & Bartholomæus Capilistei I. C. cl.

---

45 *In facello S. Ludouici.*

Sepultura Dñi FRANCISCI de Salgherijs olim adminiftratoris Domus Dei de Padua, per annos XXX. & vltra. Qui obijt an. Dñi M CCC LXXV. die Martis XIII. Menfis Martij.

IO-

46 JOHANNI ANT. Lido Patau. clariss. Medico, sibi, & suis omnibus F. hoc An. Christi 1463. Kl. Octobris.

47 *In sacellum Stigmatum S. Francisci, illorum de Turchettis in pariete.*

ANDREAS Argolus S. C. Eques D. Marci, & in Patauino Gymnasio P. Matheseos Professor, pro familia sua inter Marsos iamdudum Clarissima non magis quàm pro Republ. Astronomica improbis penè laboribus perfunctus, animum æternæ quieti aduortens V. S. L. M.

Anno ætatis LXXVII. Red. Mundi CIϽ IϽC XLVIII.

Nobilitas, virtus, proles, absentia, honorq;
Auxit: non patriam sustulit inuidiam.
Astrorum motus omnes; archanaq; prompsit
Destera: mens hæret, qui mouet Astra, Deo.

48 *Ante sacellum cum effigie Episcopi quiescentis.*

Hic tumulatur venerandum corpus Reuerendissimi Domini NICOLAI Triuisano olim Episcopi Nonsis, Artium, & sacræ Theologiæ Doctoris eximij. Qui obijt Anno Domini M CCCC LI. Mensis Decembris die septimo.

49 *In sacellum S. Bartholomæi illorum de Lanzarotis.*

M. CCC. LXXI. Sepultura. Dominus LANZAROTVS quondam Veneri de Lanzarotis.

50 Hic iacet nobilis, & egregia Domina FRANCISCA Querina de Venetijs vxor olim nobilis viri Fruzerij de Lanzarotis de Padua. Quæ obijt anno Domini M IIII XXVII. Die XX. Februa.

In

51 *In Pariete cum statua.*

D.O.M. ERASMO à Krethkovv Polon. Palatinid. Berzesten. Castellano Gnesnen. Capitan. Pisdren. &c. Qui ann. ætatis suæ quinquag. obijt Patau. die Maij XVI. M. D. LVIII. Amici posuerunt.

Hic te Crectoui mors, & tua fata manebant
Cum terras omnes, & cum maria omnia circum
Lustrares, nullo defessus membra labore,
Te rapidus Ganges, gelidæq; Borcistinis vndæ,
Te Tagus, & Rhenus, te ripa binominis Istri,
Et septem gemini nouerunt ostia Nili,
Nunc concessisti magnum visurus Olimpum,
Æthereasq; domos vbi Dijs immistus, inanes
Et curas & spes hominum lamentaq; rides.

Ex consensu nobilium de Lanzarotis, & eorum liberalitate.

---

52 *In sacello S. Ioan. Baptistæ illorum de Aluarotis, & Sala.*

IACOBVS Aluarotus Aluaroti F. Ciuil. Pontif. Q. iuris consultus priuatim, ac publ. clarus, in traditionibus Feudorum eminentissimus, in hoc delubro quiescit. Excessit anno à Christi Natali M.CCCC.LIII. Kl. Iulij.

---

53 PAGANINVS de Sala Blancifloream eius Conthoralem, omni laude dignam hic claudi fecit.

---

54 *Hoc Aicardinus situs est, atq; Aluarotus in antro,*
Ingentes meritis tam breuis Vrna capit.

Hos fratres ex vtroque Parente nobiles genere, de Aluarotis ambos Doctores, qui ius ciuile in hoc Studio ingenti gloria docuerunt, vt idem quondam venter, ita viros nunc tumulus habet. Obijt D. Aicardin. 1382. Die 27. Augusti. Obijt D. Auaroti M. CCC. LXXXVIII. Die P. Octobris.

NICO-

Ibidem à manu dextra.

55 NICOLAO Ponetovvſky Polono nobilitate antiqua claro, egregijs animi bonis ita ornato, ut ætatem doctrina, doctrinam anteuerterit iudicio, publicisq; muneribus in patria præclarè geſtis ſæpius id teſtatum fecerit, quem mors iniqua iuuenem imò decepta ante annos ſenem, dum vitam Patauij quærit, vitæ eripuit. Anno Chriſti MDXCVIII. XIX. Julij.

Anno ætatis ſuæ XXVIII.

Monumentum hoc Andreas Frater, & amici mœſti P. C.

56 *A ſiniſtra ſub ſtatua.*

T. V. Q. M.

ADAMVS Zalinſky Eques Polonus, generis nobilitate, corporis elegantia, morum ſuauitate, doctrinarum & linguarum peritia, maxinarumq; virtutum ſplendore clariſſimo. Cum horum potiſs. partem haud ad deformatam primi, ſed ad quam optimè informatam recreatamq; ſecundi Adami imaginem in ſe exprimendam non minus feliciter quam diligenter comparauiſſet, cumq; peragrata ſtudiosè, caſtè, ac fortiter Europa, viſa Africa, Hieroſolymam ſeruatoris ſui cruore ſacram adire cogitaret, repentè in cœleſtem incredibili ſuorum ac Patriæ cum dolore Ann. ætatis XXV. ſanctè & religiosè euolauit. Huic amor, obſeruantia, neceſſitudo Perilluſt. ac Generoſiſs. V.D. Joanne VVitolauſky defuncti affine atq; vero bonorum omnium ex aſſe hærede impenſas liberaliter ſubminiſtrante. Nob. vero Marco Lentovvſky Conſ. totos VII. Annos indiuiduo Achate procurante, hocce triumphans monumentum

P. O. M. E.

Anno Dñi Incar. CIↃ IↃ III.

57 Ante hoc ſacellum Mauſoleum Raphaelis Fulgoſi.

Fulgoſus RAPHAEL virtutum iaſpis vtroque
Iure ſtupor, tantus quam fama, quantus & orbis.

Kk *Scrip-*

Scriptis morte vacat, tam paruo clauditur antro.
Emerite prædigna gerens cognomina laudis
Fulgosus Raphael conditur hoc tumulo,
Consuluit nemo melius, fulsitq; docendo
Cæsareas leges, iuraq; Pontificum.
Claruit eloquio, quem blanda Placentia forma
Et genere insignem, mente piumq; tulit.
Corpus hic in pace quiescit.

---

58 *In sacello S. Claræ, familiæ de Gabrielis hodie instauratum in pariete.*

H. M. S. H. N. S.

CASSANDRÆ Mussatæ vx. dulciss. & incomparabili, cum qua vixit annos 23. Mens. 1. D. 12. vnani. Petrus Gabrielius infelix maritus, & sibi, quo ut viuentes, ita post obitum una essent, dolens, mærensq; posuit M D VI.

Hic cōditus est Gaspar Gabrielius Medicus cl. de quo in Athenis Pat.

---

59 In sacello S. Ioannis Euangelistæ instaurato picturis nobilis Equitis Vrsati de Vrsatis.

Humi cum simulacro lapideo Doctorum hæc duo sepulcra.

Philosophus Doctor Medica celeberrimus arte
Subiacet huic busto virtutum dote coruscus
De Galmarellis Benedictus nomine, req;.
Totus iustitia, totus modestia vixit,
Aduersis constans peragendis maxime prudens,
Vtq; sua celebrent fratres hi quolibet anno
Inferias isti legauit prouidus ære.
Hic corpus, mens astra colit, sua candida fama
Viuet, & à nullo tenebris damnabitur æuo.

---

60 *Rupe sub hac Iacobus de Sancto tectus humatur*
Vir fuit is iusti cultor, sine compare prudens,

Sobrius,

Sobrius, atq; pius, vita perfectus honesta,
Occasuq; suo, sua quæque reliquit egenis,
Hanc & dotauit largis prouentibus Aram,
Pro cuius fratres anima rogitare tenentur
Ipsius exequijs celebratis quolibet anno,
Atq; suis debent torquillum sumptibus vnum
In defunctorum comburere luce sepulcro.
Quinq; & mille quater centum labentibus annis
Dena septena Iuni, vir clarus obiuit.

---

61 M.CCC.LXVII. D. Men. Nouembris
Sepultura Domini PROSDOCIMI ab Olleo Paduan. eius filij, & Dominæ Alteborgæ vx. Paduan.

---

62 *Ante Chori ostium sepulcrum Equitis Vrsati cum stemmate, & literis* Z. O.

---

63 *In medio Chori.*
Hic iacet spectabilis, & nobilis Vir LAVRENTIVS quondam clarissimi Militis Domini Benedicti de Albertis de Florentia, qui obijt in hac vrbe Anno Dñi M.CCCC.XXI. Die XXVIII. Mensis Maij. Cuius anima requiescat in pace.

---

64 *In sacello S. Cosmi, & Damiani.*
Cosmæ, Damiani, & Sebastiani fratris sepulcrum ex nobili familia ANGELICORVM, Patria Vtinensi, qui in vtraque lingua, ac bonis moribus sapientissimi fuere. Cosma testam. Ducatos XII. huic Altari pro celebratione Missarum quotidiana, ac annuatim in sui, ac suorum memoria reliquit, vxor eius Antonia Angelica posuit. Vixit an. LX. obijt Cal. Maij. M.D.XXX.

---

65 *Ad Aram S. Mariæ Magdalenæ, cum effigie militis.*

M. Todeſchino da Brazan lanza ſpezada del Signor Lorenzo da Ceri.

---

66 *Ante Altare in lapide rubeo corroſis literis.*

Hæc eſt ſepultura Magiſtri Nicolai Giraci . . . . . .

De Percene . . . .

In hoc tumulo conduntur Nobiles de S. *Sophia.*

---

67 *In ſacello B. Virginis olim familiæ de Nigris, hodie Nobilium de Obicis.*

Nos HIER. Pius Æneas, & Ruber. fratres, de Obicis, huius ſacelli domini, liberalitate noſtra permiſimus, ut hic claudatur egregius Ioannes Paenz Luſitanus, olim ob eximiam utriuſque iuris ſcientiam, & morum probitatem à Sereniſs. Portugalliæ Rege Ioanne III. in Senatorum ordinem cooptatus, tandem ab eodem Legati nomine inſignitus ad conſilium Triden. miſſus, vnde rediens obijt Patauij die XXII. Iunij. Anno Dñi M D LII. ætatis ſuæ LVI.

---

68 *In ſacello B. Lucæ, & SS.* Philippi *& Iacobi, Nobilium de Comitibus.*

D.O.M. DARIO Comiti I. G. Manfred. Fil. Proſdocimi equeſtr. Ordin. Pronepoti, immatura morte prærepto, hanc uſquequo ſummus concluſionis extremæ dies propinquabit quietis ſedem, Hadriana Sauiol. M. & Lud. Zaca conium. mœſtiſs. omnes benem. P. Vix. ann. XXXII. obijt Anno M D LII. Tertio Non. Iul.

---

69 Vnici Dei maxime contemplandæ gloriæ fidei, ſacratiſſimæ diuino celebrandæ myſterio, ſalutis animæ, cœleſti præſidio Naimerius Comes, & Manfredinus, germani fratres ingenua oriun-

oriundi prosapia viri de COMITIBVS Paduæ, &c. Hanc dotatam struxere Capellam, Sacratissimisq; Apostoli Jacobo, & Philippo Aram dedicauere sacram. M CCC LXXXII. Die XXII. Septembris.

---

70 *Sub Organo S. Antonij.*

VRSVLINÆ Calciæ Ludouici Le. doct. fil. Carifs. ae integer. Bartholomæi Capellæ Equitis ac Iurisconsulti clarifs. vxoris sepulcrum. Anno Salutis M CCCC LXXXIII. Dec.

---

71 *Sub marmorea statua Epitaphium, auctore Equite Guerino.*

Ossa Magnanimi Equitum Ductoris JOAN. THOMÆ Constantij, cum quo spes omnis, & voluptas infelicissimi Patris interijt, hic sita sunt.

Scipio inuitus superest, vnico, & orbatus Filio, e Belgio huc transferenda, & collocanda curauit, sui doloris, & collapsæ domus perpetuum monumentum. Obijt aduersus Belgas S. R. E. rebelles fortit. dimicans. Ann. Sal. M D LXXXI. ætat. vero suæ XXVII.

Liquisti hæc misero solatia sola Parenti,
Quod non degeneri funere Nate iaces.

---

72 *Sub D. Antonij effigie depicta.*

Vera D. ANTONII Confessoris effigies, qui annos vixit XXXVI. Obijt M. CC. XXXI. Indict. V. Idibus Junij feria VI. Canonizatus sub Gregorio IX. in Vrbe Spoletana instantibus Patauinis legatis M. CC. XXXII. die Pentecostes. Translatus primo M. CC. LXIII. octaua Resurrectionis Domini in hoc templum D. Mariæ Maiori prius dicatum, demum repositus in monumentum ubi nunc iacet M. D. XXX. decimo quinto Cal. Martij.

Si tua te facies, tua te commendat imago
Hic tua si paries non leue numen habet.
Sancte quid ANTONI Confessor regula vitæ
Efficeret quondam relligiosa tuæ?
Clara quid efficerent multa miracula totus
Quid facere tandem spiritualis homo?
Quid facerent animi dotes Paulinaq; virtus
Quid facerent oris verba diserta tui.
O decus Antoni Lusitanæ gentis adesto
Pelle patrocinio crimina nostra tuo.
Adsumus ecce tuum Lusitani inuisere corpus.
Da reditum ò patrios, da tetigisse lares.

Antonius Martinus Doctor Portugallensis.

---

73 Ante Chori ostium sepulcrum obliteratum.

Religio quem flet fratrum veneranda Minorum
Fluminis à clara Ludouicum stirpe creatum
Regalis Pataui claruit, mors vltima rerum
Huc iam minori Prouincia tota Ministrum
Parisius Ciuitas sophia quem sacra magistrum
Regerat, hoc busto corpus mens sistit in astris.

---

74 *Non procul, sub arcu qui diuidit Ecclesiam lapis notatus litera* L *locum significat, vbi D. Antonij Lingua aliquandiu latuit.*

---

75 *Sub marmorea statua.*

I. F. N.

---

76 *In splendidissimo sacello S. Antonij.*

DIVO ANTONIO CONFESSORI SACRVM
RE. PA. PO.

Altare

77 *Altare Nobilium de Lazara constructum à spectabilibus Arcæ D. Antonij Præsidibus vetustissimi sacelli* 1532. *collapsi loco, ubi & eorum tumulus, cum Stemmate. In opposita columna locum Comiti Ioanni de Lazara pro sequenti Monumento erigendo commune Patauinum concessit.*

JOANNI DE LAZARA
D. JACOBI Equiti fortissimo
Summis militiæ muneribus functo
Totius Veneti Equitatus signifero
Alæ Cataphractorum Ductori
Mox Astoris Baleonij
Venetarum copiarum Imperatoris
Legato
Summa apud Ciues authoritate
Florentissima apud Principes gratia
Semper bene vso
IOANNES DE LAZARA
D. Michaelis Eques
Comes Paludis
Patruo Magno
B. M. P.
Deccessit Anno Dñi MDLXXX.

78 P*rope portam Septentrionalem Mausoleum Roselli.*
Monarcha sapientiæ ANTONIVS de Roycellis
M.CCCC.LXVI. Die VI. Decemb.

79 *Vbi Patres portam extruxerunt Gabrielis Falloppij sepulcrum erat cum hac Inscriptione.*
FALLOPI, hic tumuli solus non conderis vrna
Est pariter tecum nostra sepulta domus.

Hospes

80 *In vicino pariete.*

Hospes hic situs est apex Germanicæ Nobilitatis. Ecquis illè inquies? Illustriss. PHILIPPI Ludouicus Sac. Rom. Imperij Marscallus. Hered. Dñs in Pappenheim & Treuchtlingem, quem vix plenè puberem concitato tamen gradu ad immortalitatis fastigium properantem Italia ingenuarum Artium altrix admirata est. Vale hospes, & memoriæ cla. adolescentis, qui piè vixit, piè obijt, bene precare. Vixit annos XVII. Mens. XVII. Dies XXVI. Obijt XXVI. Decemb. An. M. DC. XV.

81 *Sub statua lapidea nigra.*

D. O. M.

Fui CHRISTOPHORVS Burgrauius L. Ba. de DOHNA Othonis F. Zulauffensium inter Silesios Dñs, ad quos redire meditantem mors breuiore via transtulit in cœlum. Abij non obij, & cæpi viuere cum viuere desij, mutaui æternitate adolescentiam, nihilq; mihi ereptum est, nisi quod tempus erat erepturum. Inclyto huic heroi, quem lustrata Italia, & magno vbiq; auitæ virtutis specimine relicto Patauium reuersum febris extinxit. Anna Dyhria Mater Vidua, & Curradus Fr. mœstiss. P. P. Obijt à CIϽ IϽC XIV. IV. Kl. Jan.

Vixit annos XIX. D. X.

Humi.

Quicquid mortale habuit sub hoc saxo deposuit Illustrissimus Christophorus Burgrauius L. B. de Dohna Silesius.

82 Non Obijt, sed mortale corpus hic exuit Illustrissimus Dñs PHILIPPVS Ludouicus S. Cæsa. Maiest. & S. Rom. Imp. Marscallus Hæred. Dñs in Pappenheim, & Treuchtlingen.

83 *Supra Aram S. Rocchi.*

Aram à NATALINO Rubeo militum præf. Diuo Roccho dicatam, & annua pensione dotatam R. P. F. Ioan. Antonius RP. in hanc formã redegit eiusdem Rubei hær. assentientibus.

84 *In eadem columna Mausoleum cum statua ænea.*

HIERONYMO MICHAELI Patrit. Veneto, rei naualis scientia, & fortitudine animi inter cæteros præstanti, immatura morte totius cum ciuitatis luctu prærepto, Melchior Pater idemq; Diui Marci Procurator, Filio charissimo hoc monumentũ ponendum curauit. Vixit anno XXXV. Menses V. Die XXVI. Obijt Anno salutis M D LVIII. Idibus Septemb.

85 *In altera columna cum vultu marmoreo.*

Æternæ memoriæ OTTONELLI Discaltij Patricij Pat. V. cl. Primarij Iuris Ciuilis interpretis, Comitis Palat. & Equitis D. Marci, Natio Germanica Iuristarum, Consiliario Georgio Friderico a Lamningen Syndico Iul. Adoles. VVeittershein Procur. Henrico Hiller, & Frider. Brandis per annos XX. & vltra Patrono, & Aduocato suo desideratiss. pos.

Anno M.DC.VII. Mens. Decemb.

Arca tegit cineres, animam Deus addit Olympo.



Fama Germanæ suscipiunt Aquilæ.

Hiller Brandis

86 *Contegit ossa lapis puris mens clauditur Astris*
Præterit Augustas Fama volans Aquilas.

Perenni Famæ JO. BAPT. Syluatici Pat. Patritij Eq. I. Consultor. Primarij I. Pont. interpretis. Cuius in primis muneribus facundiam, fidem, Consilium Patria semper suspexit. Academia fæcundum acumen pleno Gymnas. venerata est. Quem certatim Principes ob magnum rerum vsum amplis præ-

mijs euocarunt. Natio Germ. Iuristar. Patrono, & Aduocato heu quondam suo optime merito vnanimis P.

Anno Sal. M.DC.XXIX.

---

87 D.O.M. DOMINICO Ornano Corsico contra Turcarum pyratas Genuensium conseruatori, Apostol. Sedis Tribuno eiusdem Nationis, & in exules sicarios Commissario Generali, Venetæq; Reip. Iadræ, & Veronæ Gubernatori optimo, Petrus Paulus, & Petrus Maria fratres, eiusdemq; Reip. Tribuni mœrentes monumentũ posuerunt. M. DC. XIX.

Humi.

Magni ORNANI ossa H.S.S. reliquum fama canit.

---

88 *In mausoleo Contareno cum statua marmorea.*

Hanc ALEXANDRI CONTARENI Venetæ Classis, cum summa potestate fortiss. Legati Diui Marci Procuratoris, quem nec venti in periculosiss. Reip. temporib. retardarunt vnquam, & Hariadenus Barbarossa Othomanicæ classis Imperator potentiss. sæpe timuit, tam mirabili artificio ductam effigiem magni indicem animi, præclarumq; totius maritimæ disciplinæ simulacrum, vt posteritas haberet quod instar immortalitatis, ac gloriæ vnicè coleret, ne quidquam Patauino splendori deesset, Petrus, & Pandulphus frat. Opt. P.

Vixit An. LXVII. Dies IX. Obijt XVII. Kl. Aprilis. M D LIII.

---

89 *Ad Altare Crucifixi.*

SALVATORI PASSO pro sui, suorumq; salute opus hoc LVDOVICVS Rugerius Iurisconsul. posuit M. D. VII.

---

90 *Ad Aram S. Stanislai à Natione Polonica constructam.*

D.O.M. Sanctisq; eius STANISLAO Episc. & Mart. Hiacynto Confessori Patriæ Indigetib. HIERONYMVS Czizouusky Nob. Pol. ex Voto ære suo hoc ycon.

Viator

91 D.O.M. Viator Beneuole sistis gradum, hæc, quæ vides, non nisi miranda perlustras. STEPHANVS de Ripa, & Illustri Vbaldinorum familia hac sub humo requiescit, Etruscus genere, Patria & Natalibus Sarmata, hic præterquam quod virtutum splendore eluxerit, multa Philosophiæ, & facultatis Oratoriæ eruditione linguarumq; peritia, quam exteras peragrando regiones conquisiuit, mirificè floruit, huius ingenium doctissima Parisiensis vrbis Gymnasia non obstupuere solùm, sed & laurea Apollinari vt dignum iudicarunt, sic ornarunt, & condecorarunt. Hunc in armis bellantem strenuũ, & fortem agnouit Moschus, & exhorruit, vidit & audiuit Turcha, dum casu captum detineret Turcicæ in primis post aliarum linguarum in in eo peritiam, quam non nisi cum lacte materno suxisse credidit. His florentem tandem mors immatura post grauissimas morborum procellas hic Patauij Idibus Augusti Anno à Christo nato M. DC. XXI. sustulit posteritati. Hæc quæ benè, piè, & præclarè gessit contemplanda, & imitanda relinquendo. Huic pio piè Viator piè preceris.

Obijt Anno Ætatis suæ XXXVI.

92 D.O.M. ALXANDRI Casimiri Sapihæ Sigismundi Tertij Poloniæ, & Sueciæ Regis in magno Ducatu Lithuaniæ Dapiferi memoriæ. Qui in ipso suæ ætatis flore magno Patriæ, & familiæ damno Patauij obijt M.DC.XIX. Nouẽb.XXX.Die.

Cuius corpore in Patriam conducto, viscera hic condita.

Viator ora pro anima.

93 STANISLAVS Minski de Minsko Palatinus Lanciciẽ Cancellarius Regni Poloniæ, Mens Regis, & Regni vltimum decus, & spes Familiæ, Obijt Patauij Anno M.DC.VII. Julij XXI. Ætatis XLIV. ERASMVS de Minski Decanus Crac. Affinis executor Testamenti. F. F.

O Vita falax, quæ desinis, dum viuere expedit.

94 Dei Opt. Max. gloriæ D. STANISLAI Patroni Patriȩ cultu suæ, suorumq; piæ memoriæ Natio Polona Aram hanc cũ sepulchro Generos. D. NICOLAO Ossolinskia, e Ossol. Nationis Consiliario curante P. P. Q. S. P. M. Illustr. D.D. Ciuit. Præsidib. Hermolao Zane Prȩt. Joanne Maripetro Prȩf. Anno Christi CIↃ IↃC VII. Cal. Jun.

95 Momentanea prorsus ista vita est, sed vixisse benè, & mori beatè, hoc virtutis opus pium, & perenne, sic Gens nota Deo perens Polona, & soluens cineri decora justa ad tumbam hæc meditatur, illà ad Aram fælices lacrimæ, præcesq; Diæ, immortale quibus paratur æuum.

96 Suspira viator, nam ingentis Viri CHRISTOPHORI Sapiechæ supremi Pincernæ Magni Ducatus Lituaniæ paruum lapidem cernis, quem post incredibiles triumphos ab Ossmãno Turcarum Rege, tum inhumano Moschorum Principe proprio sumptu, & milite comparatos, fœdusq; cum maximo Poloniæ plausu peractum Patauium lubenter excepit mortuum, non lubenter deplorauit. Adeo Patriæ nihil de ciue suo præter famam reliquit, & ipsos cineres negauit mors ingrata.

A.D. M.DC.XXVII. Nouemb. XXVII.

Ætat. XXXXVII.

97 *Ad hanc Aram sepultus est sine monumento IOAN. Præuotius Medicinæ Professor celeberrimus, qui diem obijt* 1631.

98 *Ad Aram B. Virginis.*

MATTHÆVS Cumanus Eques dignissimus, multis in vita quàm laudabiliter, ac suæ Vrbis amplissimis honoribus perfunctus, hoc sibi ac suis monumentum extruendum curauit. Obijt Anno à Christi natalibus M.D.LXXXVI. Pridie Kl. Apr.

In

99 *In Mausoleo cum statua ænea.*

ANTONIO Tubetæ Patauino Athen. Antist. Qui pub. Metaphy. An. II. sup. XL. professus est, Diui Ant. Prouinciæ An. II. sup. XX. præfuit, plura mon. edidit, an. ætatis altero & LXXX. naturæ cessit, hospiciũ hoc ad diem nunquã reuersum.

100 Extra parietes Ecclesiæ à parte Septentrionali prope D. Prosdocimi statuam lapideam est paruus lapis cum literis.

Hic olim genitos de CESSO stirpe tegebat
Vrna viros claros sanguine, & ingenio.

Die XV. Junij M.D.CXV. Ant. à Cesso P. C.

101 *Supra quatuor Columnas sepultura illorum de Rugerijs.*

LVDOVICVS Rugerius Iurisconſ. ſibi, ſuiſq; viuens poſ. Anno Sal. M. CCCC. LXXXXVIII.

102 ANTONIVS Vrsatus Diuini, Humaniq; iuris fidus interpres, & Orator insignis hic iacet. Nobilib. de Vrsatis restitutum.

103 *Fida mente datus patriæ licet hic tumulatus*
Consilij sani ciuis . . . .
Vsus, & in causis pugilatus & obuius ausis
Illicitis gratus patriæ, paciq; paratus
Vnde probus verè meruit Pax nomen habere,
Paci pace data Christus det, Regina beata,
Archan nitat mundum miserum fore prætereundum
Nobilitas census nec posse v . . . . neque sensus
Quin licet iunctæ frangant stamina vitæ
Hic Ector cura caro cum tibi sit moritura

Des

Des animæ æternam patriam, sedemq; quietam
De vi naturæ prope nunquam morituræ.
Hic requiescit dominus Pax Iudex.

---

104 Hic requiescunt Dominus THOMAS Caput Nigrum, & Dominus Petrus de Peraga, cum alijs de domo sua.

---

105 *Sepulcrum vetustiss. Campi S. Petri sine literis cum stemmate.*

---

106 Ista Arca est Domini THANI Q. Domini Locti de Rudighierijs de Florentia.

---

107 ROLANDVS de Placiola Patauino Vico Pater, Guidoni Filio clarissimo iuueni Mausoleum, & sibi, & suis.

Rolando, & Aycardæ indolis optimæ Rolandi de Placiola filijs sarcophagum.

Hunc statuit poni tumulum mors atra Guidoni
Cui stans sede troni superi dent gaudia doni.

Supra pinnaculum.

Præter amare Deum, cum cætera deleat ætas
Hic sere, quod plena post modo falce metas.

Humi.

Sepulchrum reliquæ Familiæ Rolandi de Placiola.

---

108 *Sub statua ænea Equitis, & Ducis posterum Gattamelatæ.*

OPVS DONATELLI FLO.

---

109 *In Cœmeterio olim Paradiso Magnificis sepulcris pleno ab iniuria Fratrum supersunt adhuc pauci tumuli lapidibus, & columnis exuti.* Polidorus recenset.

Hic iacet FLORAVANTE filius Domini Jacobi, quondam Domini Durelli de Casali. Et Obijt anno Domini millesimo CCC. primo. Quinto die instante Februario.

Hæc

110 Hæc est sepultura Dominorum Viuiani, Frisci, Laurentij filiorum Q. Dñi Zordani de Radicibus, & hæredum suorum.

111 Sepulcrum nobilium de BRAZOLO.

112 Sepulcrum DVRELLI filij quondam Nobilis viri Domini Geremiæ de Montagnone.

113 *Tumulus magnus cum stemmatibus Nob. de Barisonis, & de Sanguinaccijs hodie sine operculo.*

114 *In Peristylio propè Sacrarium in pariete Epitaphia octo.*

HIER. Losetto Bergomensi, quem repente ornatum Doctoris insignibus mors inuida eripuit, ne optimo iuuenis ingenio Arte medica sibi obsisteret, Io. Baptista Pater mœstissimus P.

Vixit annos XXVII. Mensem, & Dies VIII.

Obijt anno MDLXXII.

115 D.O.M. HIERONYMVS PETRVS Gallus Bergomensis, qui Nobilis Vicenarius I. C. dulces patrias sedes spectabat, hora mortis ab hoste protectus lamentabili, ac cinericijs Diuini Francisci infulis exornato cadauere me gloriosè grauidauit III. Kal. Jan. CIↃ DXCV.

Saluus Lupus Dixit.

116 ALBERICO Stauolo Nobili Cremonensi, cuius in nouo ætatis verè primos studiorum Iurisprudentiæ flores frigida mors suo gelu disperdidit. Stauolus, & Sigismundus Patrui magis nè lacrymosi an lacrymabiles incertum est P. P.

Vixit annos XIX. Menses V. & Dies V.

Obijt anno M.D. XCVI. Non. Decembris.

IO.

117 JO. MATTHIÆ Carrarij Bergomatis An. ætatis suæ XXII. ex amplissimo huius Vrbis Gymnasio, morte violenta surrepti, Venturas Pater misero euentu miser, & Felix frater infelix, hic reponenda ossa curarunt An. M D LXXIII.

118 *Depicta legitur memoria.*

LVDOVICVS Marigella Maurellij F. Ciuis Ferrariensis, dum liberaliter seruiret Illustriss. & Excellentiss. Alexandro Estensi in ipso ætatis flore subperituro lapide relictis ossibus nunquam periturum sui desiderium reliquit.

Vixit annos XX. Obijt M. D. XCI.

119 JACOBO Roseo Theologo Minoritæ, Patria Dandaco natione Siculo, animi candore, Christianæ Religionis studio, morum integritate, doctrina, prudentia, & charitate insigni, qui varijs laboribus erumnis, & morbis in Concilio Tridentino confectus, hic tandem, quod semper optauerat, dormiuit in Domino. Cornelius Mussus Placentinus Episcopus Botuntinus illi vni proxime, & secundùm Deum virtutes, honores, fortunas, omnia denique accepta referens, tanquam Patri de se optime merito, perpetuum sanctissimæ educationis monumentum posuit.

Mortali optasset tecum Cornelius vna
Carcere ad ætherias Rosa redire domos.
Non licuit, quando ergo tibi summa omnia debet
Formasti enixu quem Pater *ipse pio.*
Cum nunquam posset meritas tibi reddere grates
Virtutis tantæ tempus in omne memor.
Hunc Tumulum extruxit, morientem fleuit, acerbum
Vulnus adhuc animo nocte, dieq; gerit.

Vixit An. LXXV. Men. X. Obijt An. Domini MDXLVIII. XVI. Kl. Iun.

Expecto, donec veniat redemptio mea.

FRAN-

120 *Cum statua lapidea nigri coloris.*

FRANCISCO Robortello Vtinensi Rhetoricæ Artis Moralisq; Philosophiæ professori clarissimo, qui in florentissimis quibusque Italiæ Gymnasijs magna fama celebritate triginta totos annos publicè docuit. Natio Germanica Præceptori benemerito in perpetuam grati animi memoriam vnanimis posuit. Vixit annos L. Menses VI. Dies IX. Obijt XV. Kal Aprilis MDLXVII.

Consiliario Carolo Frolich à Frolichspurg. Procuratoribus Georgio Rotmairo, & Vgone Iacobi Roterodamo.

---

121 D.O.M. Nobilissimo Iuueni ALEXANDRO Tertio Bergomati, summæ in Deum pietatis, Legumq; ac cæterarum virtutum omnium studiosissimo, mira sui expectatione relicta, Lodouicus Tertius Iureconsultus, ac Ludouica Tertia mœstissimi Parentes posuerunt. Vixit annos XXIII. Menses V. & Dies IIII. Sanctiss. obijt in domini Dei Iesu sui inuocatione XXIIII. Martij. Hora XXII. MDLXX. Ea fuit sacra dies Dominicæ Passionis.

Humi sepulturæ octo, quarum duabus inscriptiones sunt detritæ.

122 Domino Antonio, & Hieronymo de Dixio, ciuibus integerrimis.

---

123 PETRO ANTONIO Paganello tam Florentiæ, quàm Pataуij Municipi, Aureliæq; Sanctæ Cruci parentibus, Joannes Baptista Iurisconsultus sibi etiam, suisq; omnibus.

Monumentum hoc vetustate consumptum Joan. Baptista Iurisconsultus, Petrus Antonius, Franciscus Pauanelli instaurarunt Anno Domini M.DC.XIIII.

124 Sepultura FRANCISCI filij q. Domini Partinipei de Partinipeis.

---

125 Sepulcrum BONACORDI Valdezuchi Patauini Iurisconsulti sibi, & suis. MCCCCLXXI. Idibus Decemb. Instauratum excessu Sabini, Pauli. F. Anno agentis XVIIII. A Christi natali ann. MDXLVII. XI. Kl. Apr. Qui gręcis ac latinis studijs tam humanitatis, quàm Philosophiæ rarum specimen de se dederat.

---

126 PEREGRINO Auogario ciui optimo amicorum pręcipuo, Iustus de Iustis Doct. Pat. ex test. Monumentum fieri curauit.

---

127 Hic iacet Domina CATHERINA vxor Domini Francisci de Paxinis.

---

128 *Prope Ostium CONGREGATIONIS ARCÆ D. ANTONII legitur aureis literis.*

D. O. M. & D. A. P.

Ad perpet. mem. discussa piæ Arcæ causa cum Præsidibus Gorzoni XI. Viri S.C. delecti X. Oct. M.D.IX. vnanimes sanxere, vt vltra Sacros prouentus nullo vnquam tempore minuendos, Præsides ipsi, cum aggerum constructionem prosequi velint, Soluere teneantur eidem Arcæ annuam perpetuamq; pensionem Ducatorum Mille Centum.

Judicibus Sapientissimis

Nicolao Michaeli, Thoma Contar. Hieronymo Zane Francisco Foscolo, Victore Bono, Io. Franc. Bragad. Ioanne Faletro, August. Michaeli, Laurent. Iustiniano, Augustimo Barbo, & Andrea Pascalico

Arcæ

Arcæ Præsidibus
Io. Bapt. Alabardo Taruis. Min. Prouinc. ac Cōmis. Generali, Vincentio Coraducio Guard. Commissarioq; Generali, Angelo Dianino Regente huius Cœnobij Patribus, Oddo Oddo, Aloysio Blasio, Io. Paulo Teruisio Jur. Cons. & Ant. Francisco Pasino.

---

129 *In lapide fracto intra Nouitiorum septa.*
Hic iacet nobilis Guadagni . . . .
Obijt Die XVI. Martij D. M. CCC. LVIII.

In Area inter vtrumq; Peristylium Sacrarij, & Exedræ Epitaphia septem, sepulturæ vero quatuor, vna literis corrosis.

---

130 *Hæc est GERARDI, Alberti simul, Arca Ioannis,*
Fratrum Bulpario genitorum sanguine claro
Intra Altinati Portam, sunt atria primi
Burgi prima Nucum Domus est spectanda secundi,
Ast prope Nigrorum Voltam stat mansio terni
Octo bis lustris sexdenis atque ducentis,
Cum geminis annis post partum Virginis hæc stant.
Obijt Gerardus MCCCLXXXX. Die XVIII. Decemb.

---

131 Arca cum statua Militis quiescentis.
Miles eram magnus factis, & nomine, Mannus
Donatos, quos fama vocat; celebratq; vetusti
Sanguine authores habui, manus inclyta bello
Dexteritasq; immensa fuit, nec gratia claræ
Defuerat formæ, dubijq; peritia Martis
Dum pia iustitiæ feruens amor induit arma
Nil metuens multis latæ victricia campis
Signa tuli, multos potui meruisse triumphos.

Florentia mihi generosæ stirpis origo,
Cara domus Patauum, *sedesq́; nouissima busti*
Contigit exiguo fessum sub marmore corpus,
Redita mens cælo, nomen seruate sequentes.
M CCC LXX. Augusti vltimo.

---

132 *Cum statua marmorea.*

Amat victoria curam.

S.D.M. EBERVVINO VVitilico ex antiquissima Augustaq; Comitum in Benthein Teckelburch, & Steinfurt Dominorumq; in Rheda, & VVeuelinghouen &c. Familia oriundo Iuueni Illustri Generoso,& omnibus tam animi quàm corporis bonis ita absoluto vt si victoria immortalis mortalem Cæd. (quam pius per cōtinuas Equestrium Palæstriumq; studiorumq; liberalium curas regionum variarumq; linguarum exercitia, & mores quotidie properabat anhelabat) non præuenisset suis magno Imperio ornamento maximo fuisset Futrus anima in Deo,corpus huic loco sui desiderium bonis omnibus reddenti Parentes mœstissimi pientissimè poni fecerunt Anno Christi MDXCVIII. Obeunti MDXCV. X. Junij VI. Matutina Ætat. XXI.

---

133 *Monumentum magnificum cum figuris marmoreis lugentibus, & in stemmate Aquilæ nigræ sine titulo.*

---

134 *Cum figura Marmorea.*

D.M.S. CAROLVS Comes in Ortemburg ex antiquis Bauariæ Regulis oriundus Iuuenis ingenio peramabili, industria præcellenti, modestia ac vitæ innocentia omnibus retro memorabilis hic situs est. Qui à primo iam ætatis flore in præclaris Germaniæ,& Galliæ Gymnasijs optimis moribus & artibus doctus, & eruditus, cum vberioris doctrinæ causa Italiam adijsset, in primo eius introitu præmaturè denascitur. Cui aman-

amantiſ. Fr. Georgius vnà cum agnatis mæren. H. M. P. C. Obijt anno M.D.CXII. IV. Kal. Jan. cum vixiſſet an. XIX. Menſ. II. Die XVI. I. F. D. C. Nicolaus Regenſdorf.

---

135 IOANNI CHRISTOPHORO Rechlingero Patricio Auguſtano Vind. Filio dulciſſimo Primo vltimoq; genito, Iuueni integerrimo extra ſolum patrium ad Germanam cæleſtemq; Patriam profecto. Anna Maria Velſera Orba & Vidua Mater Hoc monumentum, quo ipſa maluiſſet cond. F.C. Vixit ann. XX. Men. XI. Dies XI. Obijt an. P.C.N. CIↃ IↃC III. VII. Idus Ianuarij.

Viator quiſquis es ſi pius es
Imbue Vindelicam cœleſti rore fauillam
Nil niſi cœleſtem viua ſitiuit aquam.

---

136 *Humi.*

Omnipotenti Gloria Perennis

LVDOVICVS Q. Excellentiſ. I.V.D. Ludouici de Fridericis Nobili genere, ac ſuauiſſimis moribus Adoleſcens inſignis Brixia diſcedens virtutes proprias ſequens, ac ſcientiam inquirens, hic nimio ardore ac ſupra vires incedens fixo in corde vbi vera ſunt gaudia arduum iter confecit, Liuia Mater, duo Stephani Fratres filio dilectiſſimo, Fratri amantiſſimo, præſentibus, & poſteris poſuere.

Anno Sal. M.DC.XXXI. Kal. Aprilis Ætat. ſuæ XXI.

---

137 CAROLO Canoſſeo è Regio Lepidi Comiti Iuueni moribus ſua dignis Nobilitate ornato, ſtudijs Philoſophiæ ſupra ætatem inſtructo, Albertus Pater; Preces ad Veſperam in Templo expectabantur, Rixa inibi facta plumbo ſulphurei pulueris impetu in renes crudeliſſimè eiecto cadens Altaris gremio excipitur, Poſtridie hora Nona innocens moritur.

Tem-

Templum Monialium Diuo Matthiæ Dicatum dies eiusdem Festus Februarij vigesimus quartus Diuini Ieiunij primus Anno M. DC. XXI.

---

138 JOANNI BAPTISTÆ Rubeo Veronensi, inter quæcunq; studia animum diuiserat, altissimæ indolis adolescenti inter acerrimi doloris lacrymas Hercules Pater. Qui dum pro tuenda Sodalis dignitate præceps in hostem fertur ab eius comitibus feralis tormenti globo terga traiectus in medio foro cecidit Idibus Februarij, Biduo post supra Priscæ fortitudinis exempla infractum affectibus seruans animum mortalitatis sensus exuens vitæ, non gloriæ cursum obijt. Ætatis suæ an. XIX. Mens. XI. Die IX. Natiuit. N. Dñi M.DC.XXII.

Peristylium Exedræ ingredienti ad latus sinistrum in pariete Epitaphia se offerunt.

139 Arca cum figura lapidea Doctoris quiescentis.

Liuia quem genuit Rainerius alma quiescit
Hoc saxo legalis apex venerabile lumen
Legibus in mundo Iuris summusq; Monarca
Fidum consilium dubijs rationis amicus
Hoc pereunte perit legum veneranda potestas,
Virtus strata iacet Zelo viduata paterno
Huc huc verte oculos lacrymans hic sponte queraris
Plebs studiosa patrem quia vix hanc possa ruinam
Heu tantam, seclo damnum releuare futuro
Compos eris, natumq; fleas Arsenda propago.

---

140 *Cannotius iacet hac Laurentus mole sepultus,*
Qui decus Euganeis vnicus hospes erat;
Vmbris Parrhasium, pictura æquauit Apellem,
Formis Lysippum, marmore Praxitelem;

Nam

Nam Chorus æterni narrat monumenta laboris,
Qui miris templo fulget imaginibus.
MCCCCLXXVII. XIII. Kl. Aprilis.

---

141 Sub Simulacro saxeo parietis, humi tumulus cum stemmate.

SALA fuit gentis cognomen, sal neque mentis
Defuit, hei nato minuuntur cuncta parato,
Corda duo gessi, Corradus inertia pressi,
Me fidei meritum lustrauit gloria Legum,
Pectore costanti fortunæ immotus hyanti
Persedi intrepidus, blande nec ad ampla superbus,
Nec solus hic iaceo, Daniel mihi filius est, o,
Conclusus totidem fultus virtutibus idem.

---

142 *In Pariete.*

SCIPIONI Scappio Patricio Regiensi corporis animique dotibus cultissimo, dum natandi rudimenta incautus ponit sæua, & ipsis Heroibus formidata morte absumpto, Ludouicus Parens infelicissimus supremos vnici nati visus explere Patriamque glebam inijcere fato vetitus aliena in terra hoc Monumentum P.C. M.DC.XXXXIIII. Die XII. Augusti.

Humi.

SCIPIONIS Scappij Regiens. Ossa hoc Monumentum habet.

---

143 *Fama, fides, grauitas, celebres in honore labores*
Archetipos post hunc solicitate viros.
Blandus is, Orator, vates, Doctor quoque legum,
In cunctis Fabius maximus auctor erat.
Virgo Mater capias animam, Deus optime parce,
Sic mentem cœlo, reddimus ossa solo.

Ne tanti viri memoria vetusta ferè consumpta aboleretur, qui existens Prior Collegij DD. Juristarũ An. MCCCCXLIX.

plura

plura sapiẽter instituit, Annibal Sauiolus Iur. vtr. D. affinitate coniunctus, Epigramma & insignia Mausolei huius restauranda cur. Ann. M. D. LXXXIIII. VII. Nonas Iu.

Humi eiusdem tumulus cum literis corosis.

---

144 *Supra Ostium.*

CANCELLARIÆ CONVENTVS S. ANTONII.

Quis hic viator conditus iacet rogas? Est JANVS Edrencuuardiorum Nobili natus Batauiæ familia, in quem cum parens natura rerum omnes, & animi & corporis dotes benignè contulisset, inuida mors vêrita, ne immortalitate eum quoque viuum haberet; Gloria hæc, ait, mihi propria dicabitur; Neque mora manum inijcit, primoq; in æui flore præcerptum, vbi piæ animæ Deo fruuntur, in Superum plagas, sedesq; transtulit beatas æteris. Vixit annos XXV. Mor. anno MDLI. Idibus Augusti.

---

145 *STEPHANVS hic situs est Clara de gente Gigantum*
Ragusæ genitus Luca propago fuit.
Vno bisque decem vitæ annis alta corona
Decepit, heu, Medicæ dum petit artis opem.

M. DC. XIII.

Clara Mater mœsta, Laurentius, & Blasius pij fratres P.P.
Dionisio Giorgirio, & Petro Domitio cur.

Humi eiusdem.

Ossa Stephani Gigantis Rag. hic iacent.

---

146 *Cum statua.*

PHILIPPVS de Gregorijs Siculus, claro inter Messanenses genere natus V. I. D. Iuuenis egregia doctrina, summa suauitate morum, omnibus naturæ, fortunæq; bonis cumulatissimus, hic situs est, qui cum à præstantissimæ cuiusq; laudis

fasti-

fastigio, ob diuinum, quo pollebat, ingenium proximè abesset, fati importunitate, omnibus lugentibus, ætate florente, sublatus est. Vixit annos XXIX. Men. III. Die V. Obijt Quinto Calendas Octobris M D LXVIII.

---

147 *In pariete.*

D. O. M. GEORGIO Sorgo Patritio Ragusino Iunij F. cuius Italiam inuisentis mors florem annorum ob truncauit, virtutemq; in ipso crescentem impediuit, Nicolaus, Lucas, & spe longæ gloriæ breui eius vita frustrati, quod Præsentes non potuerunt fraternæ pietatis monumentum Poni MM. Obijt Ann. Sal. M.DC. IX. Die XXIII. suæ XXV. Decemb. Ætat. Gabriele Cerua, & Franc. Grasso cur.

Humi vero tumulus eiusdem.

Ossa Georgij Sorgi Nob. Raguſ. piè defuncti M. DC.X.

---

148 D.O.M ALEXANDRO Sirenæ Fulginati generis nobilitate, & morum elegantia, ac probitate ornatissimo, legum studiosissimo, aliarumq; bonarum artium, ac potissimùm Latinæ, Hetruscæq; Poeticæ peritissimo, cum quo totius Sirenæ familiæ, cuius vnicum erat germen, spes omnis extincta est. Baptista Sirena, & Colũna Pontana parentes mœstiss. turbato, heu, naturæ ordine, filio optimo, & dulciss. P. C. Vixit annos XXV. Mens. V. Die XXIIII. Obijt tertio Non. Feb. M DLXIIII. Lactantius Brunus, & Jo. Bap. Elmus procurabant.

---

149 GENESIO Balbo Petri F. è nobili Liguriæ Metropoli stirpe nato, qui paternæ virtutis, & pietatis æmulus Ferd. III. Imp. Augustiss. clementia cum posteris Sac. Imperij Rom. patriciis adscriptus, Sede negotiosa pluribus annis integerrimè Venetiis delecta, beatam quietem inuenit Patauij XXIX. Die Junii. D. Petro Apost. dicata anno Sal. M DC XLVI. natus An. LXXIV. Menses V. Dies XXIV. Franciscina Coniux, Tomasina Filia hæres dulcis. vitæ memores. P.P.

150 ANTONIO Bona Nob. Ragusin cum per aliquot annos in celeberrimis Italiæ Gymnasijs Philosophiæ, maxima cum ciuium suorum spe, operam dedisset, fortunæ corporis, & animi dotibus ornatiss. atque vnicum matris solatium, morte immatura sublatus est, Pridie Idus Maij M.D.LVIII. an. natus XXI. Menses IX. Dies XIX.

Pasqualis Mentius Auunculus mœrens P.C.

---

151 *In hoc latere sepulturæ iacent, & prima cum figura marmorea Doctoris.*

Hic iacet nobilis, & egregia Domina, Domina CATERINA della Bonelda; vxor Excellentissimi Legum Doctoris Dom. Arsendini de Arsendis de Forliuio.

---

152 D.O.M Perillustri SIGISMVNDO L. Barono de Thonno Patauij quo se valendi nis causa receperat in ipso pubertatis ingressu vita functo P. Joanne Mochatto ab ineunte ætate institutore procurante.

Obijt XII. Cal. Sept. annno M.DC.XXIII.

---

153 Hæc est sepultura, in qua sepeliuntur tantummodo corpora deuotorum virorum, & religiosorum fratrum Tertij ordinis Beati Francisci.

Monumentum Fratrum III. Ordinis.

Monumentum Sororum III. Ordinis.

---

154 *In latere Occidentali Perystilij ante Imaginem B. M. V. puella genuflexa cum stemmatib. Regis Cypri, & Grighi argentei, & cærulei legitur hæc Inscriptio.*

Jacet in hanc tumb. corpus D. MAGDALENÆ de Mixele olim Serenifs. Reginæ Cipri, & vxoris D. Hieronymi Basadelli

sadelli q. cl. D. Simeonis Regij Secretarij quæ obijt anno Salutis Dñi MCCCCCVII. Paduæ.

Thomas Cyprius pinxit.

---

155 *In eadem parte parietis infixa spectantur Epitaphia.*

ERASMO Dilpho Belgę Antuerpiensi, summæ virtutis ac nobilitatis viro, qui procul à patria, magno cum dolore omnium ex deplorata valetudinis infirmitate extinctus est. Amici mœstiss. B. M. posuerunt.

Τῷ δὲ ταφῷ πατρίᾶς μεταφῶε ἀνάκειται Ἔρασμος
Δίλφος ἀειμνήση ἔξοχος ἐν ἀρετῆ
Ὅνδια τὴν πάντος λίαν ἔυσέβειαν φίλοι ἄνδρες
Θαύμας ἀν ἄλλ' αυτοῖς ἄλγεα θῆκε θανῶν,
Τῷ δ' ἐπὶ κῆρ γῆρας συγερον ραφθονήσε μελαίνη
Ἀυταρ ἔς ὄυρανοῖυς νῦν ἀνεβησε θεοὺς.
Ὅς τις ὦ ὃς σέμνον ξένε τοῦτ' ἔτι σῆμα πορέυῃ
Ἡσυχίην ψυχῆ ἔυχεο πολλα φιλη.

Quod est apud Schraderum.

In hoc sepulcro magnum lumen patriæ iacet Erasmus
Dilphius, qui virtute perquàm memorabili clarus fuit,
Hunc ob facilem in omnibus pietatem amici homines
Admirati sunt, sed eos moriens dolore affecit.
Huic Parca in tristi senectute inuidit funesta,
Attamen ad cœlestes ascendit Deos.
Quicũq; es hospes, qui propè huius præclari viri sepulcrũ trãsis,
Tranquillitatem animæ precare multùm gratæ.

Vixit An. XXXVI. Mens. XI. Dies VII. Obijt VI. Kl. Aprilis Anno MDXXXX.

---

156 NICARDO Conferto Brixiano summa virtutis, & doctrinæ laude adolescenti, immatura, & acerba morte prærepto, Hieronymus Pater hoc M.F.C. Obijt die V. Mensis Februarij. MDLXX.

Hieronymus quoq; nepoti I.V. Laureæ proximo infelici fato sublato die XVII. Feb. M.DC.XXXXVII.

D. O. M.

157 HENRICO à Cram Germano Saxoni, ex nobili familia, summæ pietatis, raræq; modestiæ adolescenti continentiss. ingenio humano erga omnes, & præcipuè pauperes liberali, opt. artium cognitione, ac Iuris Ciuil. scientia ita instructo, vt suis magno decori esset, Reipubl. ornamēto maximo futurus, postquam absoluto pene studiorum cursu, in ipso reditu ad suos acerbiss. febre oppressus, animam Deo, corpus terræ, amicis summo sui desiderio relicto, reddidisset, Ascanius Fr. Pientiss. cum sorore mœstiss. posuere. M D XLV. XXIX. Octob. Vix. annos ætatis XX. Procurab. Bartold. a Mandeslo Conr. F. & Næuius.

158 *Cum figura ænea.*

FLAMINIO Annibalis F. Maleguccio nobili familia Regiensi orto, Græcis Latinisq; litteris supra ætatem erudito, & Iur. Ciu. studioso. mœrens Horatius frater, heu, adolescenti fecit optimo. Vixit annos XV. Mens. II. dies VI. obijt anno à Nat. Christi M. D. VII. Idus Aprilis.

159 CASPARI Pentelingo nobili Sicambro, summæ eruditionis, probitatisq; viro, in primo statim Italiæ ingressu, maximo cum amicorum luctu extincto, conterranei parentum iussu P. V. Kl. Feb. M D LII. Vixit annos, plus minus XX. & VIII.

Κάσπαρι τῷ πενθελίγγῳ γερμανῷ εὐπατρίδῃ σικάμβρῳ ἐπὶ σωφροσύνῃ εὐσεβέιᾳ δικαιοσύνῃ τὲ καὶ φιλοπονιᾳ μεγάλως εὐδοκιμήσαντι-ος ἐντος τοῦ τρίτου μηνὸσ ἐξ οὗ ἐς τὸ πατάυιον τῆς νομικῆς ἕνεκα γυμνασίας παρέγενετο πυρετῷ λοιμικῷ ἐντιχὼν τὸν βίον ἐν ἡλικίας ἐτελεύτησεν ἀκμῇ, οἱ οἰκεῖοι καὶ φιλοιλυπούμενοι μνημεῖον ἔθεσαν.

X. Π. Π. I.

160 D.O.M. RENATO Vallio Storsij Domino illustri apud Gallos loco nato Henrici Tertij Galliarum, & Poloniæ Regis à Consi-

Consilij œconomo, atq; apud Karolum Emanuelem Sabaudiæ Ducē per quadrienniū internuncio Viro probo, & prudēti, qui post Regis necem, vt bellorum Ciuilium Patriam deuastantium miserrimum spectaculum euitaret Augusta Taurinorum Patauium cum secessisset ardente febri correptus LIIII. ætatis suæ anno vitam cum morte commutauit. Magdalena Albaspinea Coniugi incomparabili, cum quo vixit annos XXV. sine vlla querela pro tempore P.C. Obijt die XIII. Martij an. M D XC.

---

161 Janua gloriæ virtus est; Per hanc ingressus JO. PAVLVS Corradus, ætate adolescens, mor. integritate, & studior. maturitate senex, cito eam est assecutus, propterea Talleacotio sui generis patria derelicto, Patauium studiosorum sibi similium patriam attingens in eoq; impurum non nisi purum repetiturus exuens, in patriam æternæ gloriæ euolauit præcox ingenium præcotia cuncta sunt subsecuta, diuturniorem tamen hanc in terris memoriam figi Mag. Propertius Resta patruus mœst. curauit. VI. Kl. Oct. H. XXIII. satisfecit naturæ. M D LXX.

---

162 ARM. Dorbesan Baronis de la Bastida

B. M.

Gallus eram Pataui morior spes vna Parentum
Flectere Ludus equos armaq; cura fuit.
Nec quarto in lustro mihi prauia Parca pepercit
Hic tumulus, sors hæc, pax sit vtriq; vale.

Obijt XVII. D. Men. Oct. Anno M.D.XCV.

Quatrain.

Narrose de Tes pleurs ma sepulchrale Cendre,
Pius quum Iour æternel D'vn plus Breau Ray me luit,
Mais benis le cercueis ou tu as a descendre,
Car il Nest si Beau Iour, qui ne meine sanuict.

Mœstiss. Parentibus Parentado Gallesius P.
Anno M.D. XCVI. Idibus Martij.

Humi

Humi verò Inscriptiones in tumulis in eodem latere.

163 M CCCC II. Die sesto Augusti.
Sepultura honorabilis viri Magistri JACOBI à Sole, & suorum hæredum.

---

164 Hic iacet honorabilis vir Ser Philipolus bonæ memoriæ notabilis viri domini Francisci de Fossato, Ciuitatis Mediolani, filius. Qui obijt ann. Domini M. CCCC. VIIII. die VII. Aprilis, in festo Pascæ de mane, Cuius anima requiescat in pace. Am.

---

165 Sepulcrum Ludouici de Agacis de Vercellis Aromat. & hæredum suorum.

---

166 *Cum stemmate . . . . . sine literis.*

---

167 ✠ Sepultura JOHANNIS Notarij de Campolongo, & filiorum suorum. M CCC LXXVIIII.

---

168 Hic iacet nobilis vir Odoricus de Gramogiabo, qui obijt anno Domini M CCC LXXVI. Indictione IIIIX. die XXI. Mensis Augusti.

---

169 *Sepulturæ duæ sine literis . . . . .*

---

170 MARCO ANTONIO Blanco Iur. V. Doct. Patauino Vixit annos L. Obijt die VIII. Octobris M.D.XXXXVIIII.

---

171 *Cum figura Sacerdotis.*
✠ Anno Domini M CCC LVIIII. Quinto die Mensis Augusti O. Dominus GVILEHELMVS de Altemburch Q. Pleban. in Guser hic sepultus.

Hæc

172 Hæc est Sepultura Francisci, Dominici, & Martini fratrum, filiorum quondam domini Jacobi de Eneaxio, & suorum hæredum, animæ quorum requiescant in pace. Amen.

173 M CCC LIII. die XI. Mensis Nouembris. Monumentum Ser IOANNIS Conte de Plebe Sacci de contrata Pontis Curui, & suorum hæredum.

Pijs Man.
174 Nobilissimi iuuenis Iani à Vuernsdorf Borossi S . . . .
Obijt ann. LXXVII. supra M D II. Iunij.

175 Sepultura Dñi Palmerij de Rubeis.

176 *Sepultura cuiusdam Medici de Parma literis detritis.*

177 Sepultura egregij Domini Nicolai de Arimino, suorumq; successorum.

178 *Tres sepult. sine literis.*

179 D.O.M. CAROLO Tettio Francisci F. Patricio Neapolitano, Gulielmi Serenissimi Bauariæ Ducis à consilijs acris ingenij, viro artis militaris, atq; Architectonicæ omnium sui sæculi Peritissimo. Quam ob causam à plerisq; Europæ Dynastis magnis fuit propositis præmijs expetitus summo amicorum dolore. Quorum fuit in omni vita diligentissimus tabe consumpto. Vix. A. LX. M. IV. D. X. Ob. X. Oct. M. D. LXXXIX.

In adito Ostij Cœnobij in pariete.
180 *Hæc de SALGHERIIS Iacobi Franciscus honori*
Pulueris exigui anno monimenta decori

Consti-

Constituit, clausitq; suos hoc marmore multos,
Quos aluit viuos, tegat vt domus vnà sepultos,
Cum fluerent septem decies, & lustra ducenta.
Christe Deus tecum requiescant, morte perempta. Am.

---

181 *Humi tumuli duo literis corrosis, totidem sine titulo.*

---

182 Hic iacet Dominus ODORICVS de Mercadantis de Tridento, qui ann. Domini MCCCLVII. die VII. Mensis Nouemb. migrauit ad Christum.

---

183 ANGELO de Bonohomine nobili Tergestino, suisq; posteris sacrum. Vixit ann. LXXVI. Obijt III. Cal. Maij.

---

184 Hæc est sepultura Magistri Donati. . . . toris, & suorũ.

---

185 Hic iacet Dominus Antonius quondam Domini Dominici de Carsaborsa . . . .

---

186 Sepultura Domini MARCI Q. Henrici à Stupa sancti Danielis, & suorum hæredum.

In latere Septentrionali cum figura Doctoris sedentis in pariete.

187 *Monte Satus Silicis Medicinæ Doctor, & Artis*
Cirugicæ Lector, NICOLAVS origine clarus,
Vitæ fila suæ cum ruperit Antropos, Vrnam
Hanc sibi qua recubet defunctus corpore legit.

---

188 *Sepulcrum Familiæ BIBI cum stemmate sine literis.*

---

189 *In pariete sequuntur Epitaphia.*

ANDREÆ Kanski Nobili Polono omni virtute, & doctrina ornato in ipso ætatis, & virtutis flore Deo sic, & fatis volentibus

tibus abrepto bene de ſe merito P. C.

Italiam peragro dum ſoſpes quinque per annos
Hei Patriam repentes mors michi vertit iter.

Obijt Anno M D LXXXVI. Menſe Martio.

---

190 JO. LODOVICO Gremp. à Freudentein Germano eximiæ virtutis ac nobilitatis, necnon ſingularis eruditionis iuueni, qui cum Alſatia patria ſua dulciſſima relicta, præcipuas totius ferè Galliæ Italiæq; vrbes perluſtraſſet, ardentiſſima tandem febri in itinere correptus, hic Patauij in fata conceſſit, Ludouicus Gremp. à Freudentein I.V. & C. Filio vnico, ac longe chariſſimo M.P.C. Vixit annos XXIIII. Obijt XVII. Decembris anno Chriſti M.D.LXXVIII.

---

191 Sepulc. cum figura Doctoris ſedentis.

Hic Diadema tulit legum vir ſtrenuus ortum
Cui Sanctus Vitus ſtirps generoſa dedit,
Boniacobus digne meruit re & nomine dici,
Nam bonitas totus protulit omne malum,
Iuſtitiam, rectumq́, pius dilexit honeſtum,
Inq́ foro cunctis Arbiter æquus erat,
Sed quia fatali ſunt omnia debita legi
Priuatis tanto plebs Patauina viro.
Immortale polo, ceſſit mortale ſepulcro.
. . . manarunt, cuncta relata manent.

---

192 OCTAVIO Vicentino Nobili Veronenſi Caroli Iuriſconſulti Oratoriſq; eximij Filio ingentis ſpiritus. Iuueni Iuris vtriuſq; Doctori, & eloquentiſſimo apud Venetos Cauſarum patrono. Qui dum Patauij apud Illuſtriſ. Syndicos Aduocati munere ſumma cum laude fungeretur maximo omnium mœrore fatis ceſſit. Obijt anno Dñi M.D.LXXXIX. die VI. Sept. Ætatis verò ſuæ XXXIII. Menſ. X. die XXVIII. Mater fratreſq; pijſſimi poſuere.

193 *Hæc est sepultura Dominorum, & Dominarum de Peraga.*

194 Sepulcrum in pariete Nobilium de Lucio.

Estensis prole Constantia nupta Guidone
De Lucio, mole defecit mortis agone.
Annis milenis centumq; bis octuagenis
Iunctis septenis, hic sacris trador arenis.
Vos qui transitis ancillæ poscite Christi,
Sit dominus mitis, pulso purgamine tristi.

195 *Huic inhæret alterum sepulcrum.*

IVLIO Ariosto patria Ferrariensi lepidis atq; incorruptis moribus adolescentulo nomine Auisatis claro Virginius P. ad tempus Fi. III. Non. Octob. M.D.LIII. Vixit An. XIII. Mens. diebus XVI.

196 SCIPIONI Cataneo Cremensi Nobilitate, moribus, & legum studio fulgenti, Iuueni innocenti, nec se cauenti valuit violenta manus mortalem vitam præripere, vt æternam nec valuit, nec valet. Vixit An. XX. Mens. Octo Dies Nouem Bartholomæus Pater legum Doctor P.C. M D LXXXV.

197 D.O.M. BLASIO de Boucquet Dordraceno Batauo, moribus, eruditione, & pietate Iuueni spectatissimo in ipso flore, primoq; in Italiã ingressu extincto inuerso ordine. Heu Pater Filio M. P. Joanne de Blyemburg auunculo Nicolao de Vriese Amico procuran.

Vixit Ann. XXIIII. Obijt Anno CIↃ IↃ XCI. VII. Kal. Nouẽb.

198 *Iustitiæ, Pacis delector, & vrbis honorum*
Galuani Proles Aleardus Basiliorum
Hunc sibi constituit tumulum, stirpiq; suorum.
Christe sit his tecum requies in sede piorum.

Sepul-

199 Sepulcrum Simonis de Lupis.

Egregius miles, quem stirps generosa Luporum
Progenuit, Simon rupe sub hac tegitur,
Patruus hic secum, Fratres duo pace quiescunt,
Heu colit exiguam turba paterna domum
Orta Crisopolis, decorauit Marchionatum
Soraneæ, sensu, moribus, atque fide,
Iusq; dedit Patauis bis, Præses iure secundo
Defecit castris dux fuit armigeris,
Mensq; recepta Deo est, meruit super astra leuari
Dotibus innumeris, lucida fama patet.

Qui Dom. Simon obijt in M CCC LXXXV. Ind. VIII. die X. Jan.

200 D.O.M. ANTONIO Plato adolescenti nobiliss. Vulturrhenensi, quem ann. agentem 24. & Quintum, iam ann. 1. Ciuil. scientiæ studium adantem assiduum immatura mors III. Kl. April. M.D.LXXVI. Non sine maximo Patriæ mœrore laureæ subtraxit. Blasius Pater mœstiss. P. Ioann. Baptista Salice, Bartholomæoq; Parauicino Procuratoribus.

201 IOANNI Thadæo Husensi Cimb. Hebr. Græcè, Lat. doctissimo Philosopho, Mathematico eximio, medicæ Artis candidato, conciui opt. Ioannes Benzius Husensis Cimber P. Vixit ann. XXX. Mens. VII. D.X.H.X. Obijt M.D.LIX. XI. Oct. H. VI.

202 *Humi sepulturæ sequuntur.*

Sepultura Domini ANTEI de Fuscolinis quondam Domini Fe. . . . . Fuscolinis de Ferraria, cuius anima requiescat in pace, cum omnibus sanctis in gloria. Amen. M III LIII. die XIIII. Augusti.

203 Hic iacet Lottus q. Domini Spineli dictæ Mariæ de Girolamis . . . . sororis die vigiliæ S. Catherinæ Virginis.

204 *Sepul. cum stemmate duorum Leonum cum arbore.*

205 Hic iacet magnæ sapientiæ Vir Dominus BERNARDVS q. Domini Marci de Castelione Aretini, qui anno Natiu. Dñi M CCC LXIX. die XII. Junij migrauit ad Dominum suum.

206 *Cum figura Monachi tumulus.*

Hic iacet nobilis & religiosus Dominus VALTERVS Pat. de Cnenber Monacus Ordinis Sancti Benedicti, Qui obijt ann. Domini M CCC LXIX. XXX. die Mensis Octobris, cuius anima requiescat in pace.

207 *Hic iacet in fossa Nicolai Fluminis ossa.*
De Celching dicti, quem cœtus alat benedicti.

208 *Sepulcrum de Spinellis literis detritis.*

209 Hic iacet nobilis iuuenis Bonauentura de Gardelis de Tamarunto, qui obijt anno Domini M. Trecentesimo quinquagesimo quarto. Ind. VI. die Sabati XV. Mensis Februarij.

210 Hæc est sepultura Grifalconis Lan. Filij Antonij Notar. Qui obijt M CCC LXXXIII. Indictione sesta die Lunæ penultimo Mensis Junij, & suorum successorum.

211 Duabus nobilissimis sororibus virginibus, generosæ Michaelorum prolis de Venetijs, vtriq; Thadeæ sepulcrum conditum.

Sepul-

212 Sepulcrum Confraternitatis CONCEPTIONIS B. V. Anno Domini M. DC. XVIII.

213 Sepultura Mag. Artuxij Lan. quondam Domini Ioannis de Pazonis de Magrade, & suorum hæredum.

214 *Humi.*

Hic iacent interiora THOMÆ Hovvardi Illustrissimi, & Excellentissimi Comitis, & Domini Arundelie, & Suriæ magni Marischali Angliæ. Ob. An. Dñi M DCXXXXVI. IIII. Octob.

215 *Sepulturæ binæ sine literis.*

216 MCCCCXXXVI. Die Sabati. XV. Septemb. Hieronymi, & Pauli fratrum, quos nobile Castrum Este tulit, prolisq; suæ lapis iste sepulcrum est.

217 MCCCLXXVIIII. die XII. Mensis Augusti.

Nosce sepulturam poteris spectande figuram
Corporis huius rei de Buleis Bartholomæi.

218 Sepultura nobilis viri Bonincontri de Brauis de Padua, & suorum hæredum.

219 *Cum figura mulieris.*

Hic iacet nobilis, & honesta Domina ANTONIA quondam Jacobi de Brauis, & Vxor nobilis militis Domini Iahobini de Vitilianis.

220 Sepultura de Maist. IACOMO Piliz. quondam Maistro Guielmo dal Pro da la Vale. M CCC LXXXII. Die VII. del Mexe de Otore. E pro si, e pro i suoi.

Cum

221 *Cum figura mulieris.*

MCCCLXX. die Jouis XXIII. Maij.

Hic iacet egregia Domina, Domina BEATRIX, nata bonæ memoriæ Magnifici militis Domini Nicolai de Carraria.

222 Sepulcrum Fratalea CONCEPTIONIS MARIÆ.

MDLXXIII. die X. Julij.

223 *Cum figura lapidea mulieris.*

Sepulcrum Dominę Bittinæ filiæ quondam Domini Ioannis Andreæ de Bononia Archidoctoris Decretorum, & Vxoris Domini Ioannis de Sancto Georgio de Bononia doctoris decretorum. Quæ obijt Anno Domini MCCCLV. die Lunę quinto Octobris.

224 Hic iacet Dña BEATRIX de Capitibus Vaccæ MCCCL. die XX. Septembris.

Nobilis Dominus ANTONIVS de Capitibus Vaccæ q. Domini Fruxerini restaurauit pro se, & suorum hæredum.

MCCCCLXXXXIV. die V. Junij.

225 Hæc est sepultura Dñæ Catherinæ Vxoris q. Dñi Henrici de Curtarodulo, quæ obijt anno Domini M. CCC. LXX. die Dominico tertio Mẽsis Martij, cuius anima requiescat in pace.

226 MCCCLVIIII. die XI. Mensis Septemb.

Sepultura Domine Katerine Merzarie, de contrata Sanctæ Luciæ de Padua.

227 Sepultura domini Saluatoris Q. Petrimariæ de Rhepecijs, & suorum hæredum. MCCCCX. Adi primo Aprile.

Sepul-

228 *Sepulturæ sine literis.*

In latere Orientali Epitaphia IV.

229 Illustri, ac probatiss. Iuueni ALOYSIO Vicecomiti cum propediem multis ac magnis virtutis suæ, & studij debitis honoribus decorandus, honestandusq; videretur, præmatura morte surrepto, Io. Gaspar Pater mœrens P.
Obijt An. ætatis suæ XXIII. VII. Cal. Aprilis. M DLXIII.

230 ANGELO Borghino Dominici F. Florentino genere, moribus, litterisq; claro. Fratres fratri optimo lugentes P.C. Anno M D LVII. Vixit annos XLIX. Mens. VI. D. XXII.

231 Nob. Vir. JACOBO Soragæ Brixien. ob egregiũ eius in Germanos studium, Germanica natio ad sempiternam grati animi memor. vnanimis P. Consiliario Nation. Syfrido Pfintzingo, Procuratoribus Chiliano Schenpichlero, & Iacobo Zagaro. Anno à partu Virginis M D LIII.

232 *In pariete.*

JOANNI Georgio VVirsung Monacensi Bauaro Philosophiæ, & Medicinæ Doctori Anotomico solerti, dum publicæ saluti excubat immiti obitu ante diem functo XXII. Augusti. M.DC.XLIII. Nat. Germ. Philos. Medic. ac Theol. auspicijs Consil. VVernero Ladinges Bremensi. Hæres posuerunt curante Rocco de Rubeis Trident.

Humi.

Ioãnes Georgius VVirsung Monac. Bauar. Philos. & Med. D. M.DC.XLIII.

233 *Humi sepulturæ cum literis detritis.*

Gi-

234 . . . . . Gibertus de Cershacado de Parma, qui obijt anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo Indictione quintadecima die vig. sexto Mensis . . . . . . cuius anima requiescat in pace.

---

235 Sepulcrum Domini BELAVERIS della Campagnola, ... M CCC. XXXIII.

Et iam hic iacet Domina Benedicta olim filia Domini Petri de Campagnola, & vxor Q. Domini Gualperti de Zeto.

Hic iacet nobilis Domina Vndrata della Campagnola. M CCCC. III.

---

236 Hic iacet nobilis Domina Domina Ioanna de Clauezano Vxor quondam nobilis viri Marchesini della Bonelda.

---

237 Hic iacet CHINA filia nobilis militis Domini Iohannis della Scala de Verona. Que obijt M CCC LV. Tertia die Mensis Septembris. Et hic iacet etiam Lodouicus filius Dñi Giliueti filij Q. Domini Alberti.

---

238 S. Ser Iohannis dicti Zano Quondam Domini Felexini de Charentarijs, qui fuit de Mediolano, & nunc ciuis Paduanus, & suorum hæredum.

---

239 Sepultura nobilium Dominorum Mariæ, & Donellæ de Carraria.

---

240 *Cum figura Doctoris quiescentis.*

M CCC LXXII. Ind. X. die ven. XXVIII. Maij.

Quem legum titubabat apex prudentia multa
Et morum grauitas hac tumulatur humo.
De Cesso genitus Patauina ciuis in vrbe

Fran-

Franciscus merita scandit in arce polum.
Seuit in hunc mors cruda virum florente iuuenta,
Tam subiti casus, qui legis esto memor.

---

241 Sepultura Domini ZILIOLI Iudicis de Sancto Vito, & suorum hæredum.

---

242 Sepulcrum vetus nobilium de Baialardis à Flumine, restauratum per D. FRANCISCVM Q. Domini Hieronymi à Flumine. De anno Domini MDLXXXIV.

---

243 Sepultura Gualperti quondam Domini Gerardacij de Zetò, de contrata Sanctæ Margaritæ, & suorum hæredum facta MCCCLXII. Die primo Nouembris. Amen.

---

244 Sepultura nobilis viri JOANNIS Chaualerij quondam Domini Rodulfi de Casali, & suorum.
Qui obijt MIIILXXXIV. die III. Augusti.

---

245 *Hic Doctor egregius Valeranus pace quiescit,*
Virtutum hospicium nobile germen erat.
Antonius Vicouerius quem miles honorum
Lambarde stirpis scemate progenuit.
Claruit officijs, rectus, totusq; fidelis
Carrigenis, mens est glorificata polo.

---

246 Hic iacet CAROLVS Aroldus nouissimum diem expectans.

---

247 Lapidem hunc, quo teguntur ossa nob. de STRATA, nimia vetustate ac squalore obsitum, in memoriam humanæ conditionis, Aloysius de Strata Iustiniani filius viuens restituendum curauit MDLXVIII. die V. Mensis Maij.

248 *Cui genus ex Freschis, cui clara Marostica tellus*
Paulus in exiguo contegor hoc tumulo,
Doctor eram Iuris Censura clarus vtraque,
Et Iuuenis tota notus in Auxonia,
Nocte domum repetens nocturno obtruncor ab hoste,
Me dedit huic virtus inuidiosa neci.
M CCCC LXXXXVIII.

249 *Cum figura Doctoris lapidea.*

Hæc est sepultura Egregij Artium Doctoris Dñi BARTHOLOMÆI de Torculis de Mantua, & Filiorum suorum, & eorum hæredum, qui decessit anno Domini M CCCC XXVIII. Die XVI. Mensis Augusti.

250 Hoc sepulcrum fecerunt fieri nobiles viri Jacobus, & Matthæus de CVMANIS Fratres Filij quondam nobilis, & egregij Domini Belloti de Cumanis vtriusque iuris Pont. in quo primò iacet nobilis vir Dominus Luchinus olim eorum frater, qui obijt Millesimo Quatercentesimo octauo Ind. prima Die vigesimo secundo mensis Septembris.

251 Ossa illorum de CAMERINO vsque ad nouiss. in hoc reseruantur monumento, & quoniam ob temporis vetustatem iam consumptum erat, ob id Excel. Philosophiæ, & Med Doct. D. Angelus, ac DD. Joan. Baptista, & Camerinus fratres restaurauerunt Anno Dñi MDLXXVIII. die XII. Maij.

252 Sepultura Ser Iohannis Nigri quondam Ser Antonij de Plebe Sacci, & suorum hæredum. M CCCC XLV. adi XXII. Agosto obijt.

Restaurata per D. Franciscum hæredem q. Gaspari de Nigris Anno Dñi M CCCCC XXXVII. Quarto Nonas Martij.

SV-

253 SVSANÆ M. Pisani Filiæ, & Marini Molini sponsæ, Matronæ intactæ, quæ vixit annos XVIII. Fratr. pientissimi sorori suæ curau. M. & B. M. posuere MCCCCLXXVII XV. Kal. Majas.

Sacrum

254 BENEDICTO Bonfilio Bononiensi, ac Lippe Vsberte parentibus pientissimis, Bonifacius filius Iuris consultus & Comes faciundum curauit.

255 ANDREÆ Contareno Pat. Ven. mira pietate, ac vitæ integritate nobil. ornatoq; Aloysius mœstissimus Filius Patri charo, & sibi, atq; suis F.C. Obijt anno Domini M D LX. X. Kl. Maij.

256 FRANCISCVS Maresius Sacilensis scientijs virtutibusq; lucidus cum XVIII. annis corporis illuxisset luce Sanctæ Luciæ à vera mūdi luce M. DC. XLI. in æternam lucem translatus est.

Sepulturæ duæ sequentes hodierna die fractæ.
In Ecclesia ante sacrarium visuntur eorum fragmenta.

257 1 Sepultura nobilium Dominarum Domine TONIE quondam Domini Vberti, & Domine Stasie quondam Domini Gregorij de Lesmanis, & suorum.

258 2 Hæc est sepultura nobilium Dominarum, vz. Dom. AGNETIS de Dente, vxoris quondam nobilis militis Domini Bartholomæi della Scala ✠ Ac Neptis suæ Domine Cateline Vxoris Q. Domini Guglielmi di Campo Sancti Petri. Quarum animæ requiescant in pace. Amen.

259 *In exedra cum figura marmorea quiescentis.*
CÆSARI Riario Patriarchæ Alexand. Episcopo Malacitano. F. Firmus Comes Mag.

Supra ostium sacelli S. Georgij.

260 Oratorium hoc sub auspicijs Beati GEORGII, vbi cõdentis est sepulcrum pro eius, parentumq; ac fratrum, ac nepotum indelenda memoria. Miles egregius RAIMVNDINVS de Lupis Parmensis Soraneæ Marchio edi fecit, Anno Domini M CCC LXXVII. de Mense Nouembris.

A parte dextera.

261 *Marchio Soraneæ Miles pietatis asillum*
Hoc Raimundinus marmore pace cubat
In beluis pugil indomitus recitanda Luporum
Fama virens armis consiliumq́; fuit;
Grisopolis gaude tanto celeberrima nato,
Cuius cum superis mens sedet ante Deum.
Q. D. Rai. obijt M CCC LXXIX. XXX. Nouembr.

In medio sacelli spectabatur sepulcrum egregij operis cum simulacris stantibus è marmore circa tumulum cum literis.

262 Dñs Rolandinus egregius Miles Soraneæ Marchio, Pater.
Domina Mathilda eius Coniux Marchionissa, Mater.
Guido Marchio Soraneæ, filius.
Bonifacius Marchio Soraneæ, filius.
Antonius Marchio Soraneæ, filius.
Montinus Marchio Soraneæ, filius.
Dominus Raimundinus Marchio Soraneæ, filius.
Dominus Fulgus Marchio Soraneæ Miles, nepus.
Dominus Simon Marchio Soraneæ Miles, nepus.
Dominus Antonius Marchio Soraneæ Miles, nepus.

Extra

263 *Extra Ecclesiam in Cœmeterio antiqua sepulcra Nobilium de CARRARIA, in modum sacelli, lateritij operis, vbi condita olim corpora Iacobi Maioris, magni, vel Grandis, Primi Patauinorum Principis, vt ex tab. testam. Marsilij Maioris, eidem in Principatu successoris, qui & primo, statim vt expirauit, ibidem positus, postea Carrariam translatus est, & Marsilij minoris, vulgò Marsilietti Papafabæ de Carraria quarti Patauinorum Principis, tum Rainaldi eiusdem fratris, & Iacobi filij, cæterorumq; Carrariensium, ijs exceptis, qui vti notauimus, varijs per vrbem locis tumulati sunt. Hæc sepulcra iam collabentia vetustate, paucis ab hinc annis reparari curauere ex eadem Papafabea, seu Carrariensi familia progeniti nobilissimi viri, qui adhuc supersunt, ibiq; vt plurimum tumulantur, diuisis cellulis, quarum altera viris, fœminis altera dedicata est. Nulla, ob loci vetustatem, tum recentem direptionem, quæ in reparatione accidit, nunc inscriptio, vel Epitaphium visitur. Antiqua tantùm currus, & Leonis insignia remanebant, quæ postea ex industria abolita, vt reliquiæ defor- matæ sculpturæ in lapide, qui adhuc superest, testantur.*

A parte exteriori in muro sepulcrorum Occidentali depicta eiusdem Papafabeæ familiæ insignia spectantur.

MONIALIVM
S. MARIAE AD BETHLEEM.

1 *Cum figura marmorea.*

MARIETA olim Vxor Pallantis de Strozzis Equitis Florentini Obijt die XXVIII. Augusti.

---

2 LAVRÆ Vxori incomparab. ex Florentib. vitæ ann. ereptæ, Hieronymus Villa Iureconſ. mœrens sibi, & posteris P. Anno gratiæ. M.D.II. Junij XI.

ESTEN-

3 ESTENSIVM Familiæ vſq; in nouiſſimũ diem quietis locus. M. DC. XXVII.

4 *Eiuſdem ESTENSIVM Familiæ Antiquiſſimus ſepulcri lapis diruptus, cum gentilitijs inſignijs, ante fores Eccleſiæ inuiſitur, in cuius locum ſuffectus fuit lapis in Eccleſia laudatus.*

5 Oſſa FRANCISCI . . . . D. X. Mar M. D. XVI.

6 NICOLAVS de Andronicis Ciuis Pat. ſibi, & M. Ant. Andronico, Joanni, & Franciſco quatuor dulciſs. fil. S. Q. omnibus viuens P. An. M. D. LXII.

7 . . . . ANTO. FRANC. de Doionibus Iu. vtr. conſult. MCCCCLXXXIV. III. Kl. F.

8 THEODOSIÆ Capiliſtæ Coniugi dulciſs. Andreas de Citadella V. P. M. D. XX.

9 Lapide ſub iſto Gens CARBONIA iacet. Bartholamæus, & Angelus fratres maioribus ipſis, ſucceſſoribuſq; ſuis parauerũt Anno Domini M. DC. XXXII.

10 Sacræ huius Monaſterij Virgines ex ære à pijs collato Diuo Carolo faciendum curarunt. M D C XIX. die XIII. Aprilis.

Cum figura.

11 JOANNI de Dondis præſtantiſſimo Philoſopho vitæ integritate, & morum ſanctimonia cunctis ætate ſua cõparando. Obijtq; MIIIIXLIIII. die XII. Decembris.

FE-

12 D.O.M. FERANDVS Amadius Comes Pal. & Eques sibi, & Saræ Rusticiæ Coniugi dulciss. itemq; Joanni, & Adriano filiis cariss. posterisque eorum in secundum Christi Aduentum H. M. F. G. M. D. LXXXVI.

13 . . . . JOANNIS à Prato
. . . . - Notarij Ciuis Pad.
. . . . suorum hæredum
. . . . M CCCC LXXXX.

Cum statua Nigra.

14 D.O.M. Fr. VRSINO Cittadella Barth. Pat. Pat. Eq. Hirosol. Religione, Constantia, mari contra Turcas certamine in Pannonia Striconensi victoria perspicuo Arciducib. Aust. familiaritate gratissimo anno ætatis suæ XXIV· defuncto summa de se relicta expectatione A. C. O.P.T. F.P.C.
Anno Salutis M. D. XCVIII.

Ad Aram maximam.

15 PIETRO PAVLO Santa Croce fecit M D LXXXXI.

16 Lo strenuo NATALIN de Rossi due fiate Capo de Bombardieri di Padoua nelli Fochi Artificiali ammirabile preparò in vita il monumento presente per se, & sui successori l'anno M. D. LXLI.

Humi.

17 Lo str. NATALIN de Rossi due fiate Capo de Bombardieri de Padoa, & nelli Fochi Artificiali presente per se, & sui successori l'anno M XCI.

Ad

Ad Aram Diuæ Catherinæ.

18 D.O.M. In honorem Diuæ CATHERINÆ Virg. & Mart. pro Honestis Venetis Ciuibus Camilla Fideli Vxore, & Angelica Vitali Socru. Andreas Frigerius Caroli filius Ciuis Venetus aram hanc cum Sacerdote perpetuo. D. M. D. LXVIII.

19 TADEÆ Papafauæ immatura morte eodem, quo nupserat, anno defunctæ Obizo Pater pientissimus filiæ dulciss. P.

20 JOANNI Firmo Sicco Ciui Pat. qui obijt anno Domini M. D. LXXI. Ætatis verò suæ XXXVI.

21 JO. PET. Criueli Comit. Jo. Mariæ filij Mediolanen. ossa, vsque in diem tremendum seruanda Iustus de Iustijs Doctor non immemor beneficij accepti ponit.

22 JOANNES BAPTISTA de Medeghinis Magdalenæ Cochæ Vxori, filijs, & successoribus M. D. XXXXV.

Ad Aram B. V. M.

23 D.O.M. Altare BEATÆ VIRGINIS MARIÆ Sanctiss.q; SPONSI IOSEPH. dicatum sponte, & ære proprio D. Ambrosij de Marangonis erectum, tribusq; Missis in Mense adoptatum ad salutem animæ suæ, ac hæredum suorum ætatis suæ ann. LXXV. A. D. M DC IIL.

24 Hanc sibi suisq; hæredibus requiem parauit Ambrosius Carpentarius anno Dñi M. DC. XXXVIII. die XX. Februarij.

Sine titulo iacent

25 MARIETA FOSCARENA nobilis Veneta Vxor Dñi NICOLAI de LAZARA spectatæ pulchritudinis laudata *ab Aretino Epist. lib. 2. pag. 45. & à Io. Maseneto.*

FRAN-

FRANCISCVS Vidua I.C. Patauinus, de quo in Elogijs nostris euulgatis.

NICOLAVS Trapolinus Orator, & Poëta anno 1559. ætatis suæ 94.

In Sacello S. MICHAELIS, & S. VIOLINI, ad Pratum Vallis.

Sub stemmate Familiæ Bazolæ.

Quina quadrigentis, & lustra ducenta sub annis
Partus Virginei lucem dabat aureus orbi,
Cum tua me fieri fecit deuotio (proles
BAZIOLA à Lectis nomine dicta, benigne
Beneuenute dijs) & in hac me me sede locari,
Qui scelus & meritum serus & pius indico lance
Æqua, hoc & virus tumida cum prole subegi.

Concessio huius Capellæ XXIX. Septembris MCCCCXXV.

IN TEMLPO D. IVSTINAE.

1 *Hoc Altare iam pridem simplici quidem structura erectum, HERMAGORA BASSADELLVS Patauinus illius Cœnobij Abbas, veteri partus seruata mensura, eisdemq; lapidibus, non aliter ferente Ciuium reuerentia in prius illud opus, Florentino euocato Artifice, Hetrusco, vt aiunt, more, Dædaleo sane magisterio, summis impensis exornauit.*

---

2 DIVÆ JVSTINÆ Mortales exuuias
Arcana vrbis pignora tot seculorum depositum
Ciuium pietate mille cladibus ereptum, Monachi Cassinenses
Regia templi mole complexi, Veneta maiestate
Cuncta refouente, his demum penetrabilibus sacrarunt.
An. M. DC. XL.

3 MEMORIÆ
Cl. Viri OPILIONIS Picaurij Nobiliss. Patauini
Patris Patriæ, Patritijq; Romani
Qui cum Imp. Hadriano circa ann. Xp̄i C.XXXVIII.
Diuino afflatu erectus. Quod erat Concordiæ
Templum D. Iustinæ Martiri consecrasset
Ampliss. hoc à fundamentis addito
Ac plurimis opibus ditato Monasterio
Seipsum in augustiss. Cella D. Mariæ Virg. dicata
Prope B. Prosdocimum voluit sepeliri,
Monachi Congregationis Cassin. Memores posuere
M. D. LXI.

4 VITALIANO Pataiuj Præsidi Imperante Nerone,
Et Propedignæ eius Vxori,
Quos D. Prosdocimus ann. post Xp̄m XVII. baptizauit,
D. Iustinæ Virginis, & Martyris Parentibus,
Quorum ossa vna cum Corpore Filiæ
In æde vetere ann. M. C. LXXVII. inuenta
Ibiq; adhuc diligenter, & sanctè custodita
In Clariss. huius Magnifici Templi partem translata sunt,
Monachi pientiss. posuere.
M D. LXI.

In quatuor lateritijs columnis totidem memoriæ.

5 *IVSTINÆ corpus regali sanguine Cretæ,*
Ossaq; cælicolum multos seruata per annos
Relligione Patrum, sacras sunt sparsa per aras
Templi huius, tractante Pio Quarto aurea Patris
Retia clauigeri, Mutinensi & præside magni
Ac lustrata noua pompa quippe ordine longo,
Et populo, & Clero, & læto comitante Senatu,

Atq;

Atq; ipso celebrante sacrum Vrbis præsule, quorum
Numine tartarei manes fugere per auras
Irati; & certo firmauit Poplite gressum
Claudus, & altisonas effudit pectore voces
Mutus, easq; cauis surdus demum auribus hausit
Atq; optata diu respexit lumina Solis
Cæcus ouans populi circum admirante corona.

Hieronymo Priolo Venetiarum Duce M. D. LXII.

---

6 Anno post Xpm natum M. L. Henrico II. Imper. BERNARDVS Eps Pat. vir, & doctrinæ, & sanctitatis eximiæ augustissima Sanctorum corpora, Quæ e vetere Temp. in hoc paulò ante translata sunt, multis ante sæculis varijs huius Ciuitatis calamitatibus ignorata, Primus inuenit. Post autem Leo IX. Pont. Max. vir sanctiss. Cum aduersus Pannoniæ Regem diuina voluntate per Pat. agrum proficiscens ab ipso Bernardo honorificè esset exceptus, eadem corpora, multa nimirum ante eorum miracula conspicatus, IIII. Non. Aug. in Album Diuorum retulit. Et Bernardus rogatu re diuina in hoc tempore Religiosiss. facta populum sua lustrauit benedictione. M. D. L. II.

---


7 D. O. M.

Salutif. Inc. an. M. DC. XXVII. Vrb. VIII. S. P. Jo. Cornelio Princ. Venet. sublato. pariete. Qui prospectum. in sanctuarium. prohibebat sedilibus. Quæ. parieti. adhærebant. in sanctuarij caput. reuolutis. sublimata. Icone & ara. maiori. quę ei. suberat. demolita. Corpus. D. Iustinæ. V. & M. quod. ibi. quiescebat. in hanc. augustiorem. Translatum fuit. per Reuerendissimum D. Modestum. Sancta Cruce. Pat. ab. huius. Monast. & Cong. Casin. alias. S. Justinæ. Generale. præside. Præsentib. Illustrissimis D. D. Petro Valerio Card. Ep. Pat. Hier. Lando. Eq. Præt. & Hier. de Lege Præf. nec. non. Vrb. E. ÆD. Decur. D. D. V. P.

Consecratio noui Templi.

8 Deo. Opt. Max.
Sanctisq; IVSTINÆ Virgin. & Mart.
Ac PROSDOCIMO Episcopo
Hoc Templum
Egregiam Monachorum Impensam
Matthæus Sanútus
Episcopus Concordiensis
Sacrauit
Paulo V. Pont. Max. Rodulpho II.
Rom. electo Augusto Leonardo
Donato Venet. Principe.
Curante Dominico Peratio Colonien. Abbate
Ann. Salutis M. DC. VI. Fer. VI. Hebd. II.
Martij, quæ deinceps celebris
erit.

9



PRIMA TEMPLI D. IVSTINÆ STRVCTVRA.

In antiquo marmore.

Supra

Supra oſtium D. Proſdocimi.

10 Deiparæ Virgini, Diuoq; Proſdocimo Sacrum.
CASTRA DEI SVNT HIC.

In veteri ſepulcro S. Proſdocimi olim effoſſo.

11 SANCTVS PROSDOCIMVS EPISC. ET CONFESSOR.

In pariete.

12 In nomine Dei in hoc loco collocatæ ſunt Reliquiæ Sanctorum Apoſtolorum plurimorum Martyrum, qui pro conditore omniumq; fidelium plebe orare dignentur.

In muro Occidentali eiuſdem ſacelli tabellæ marmoreæ duæ.
In prima.

13 *Quam Lapis hic pretioſus, vbi tot colla piorum*
Martyrij titulo depoſuere Pij.

In altera.

14 *Hac ſuper inſigni petra Proſdocimus olim*
Obtulit o quoties munera ſacra Deo.

In ſepulcro B. Felicitatis.

15 Hic eſt ſepulta FELICTAS illuſtris fœmina ſacro velamine dedicata, quæ die noctuq; in Dei ſeruitio perſiſtens in cœlis ſuſcepta eſt.

De ſacrarij ædificatione.

16 *Sacrario iacet hoc clara de ſtirpe LEONVM*
Condi quod iuſſit dote Maria ſua.

In

In sacello S. Danielis in arca marmorea cun effigie Doctoris dormientis.

17 RAPHAELIS RAYMVNDI I.C.

Raphael hic situs est, antiqua ab origine patrum
Qui quondam gemini gloria Iuris erat.
Hunc Raymundi domus, hunc Comus patria lugent
Hunc sibi pereptum flet studiosa cohors.
Flete super, quoniam talem vix prisca tulerunt
Secula, nec similem fortè futura dabunt.

Visitur sepulcrum cum marmorea statua humi.

18 JACOBVS de ZOCCHIS

Excellentissimus legum Doctor hic situs est.

In sacello D. Lucæ Euangelistæ in lateritio conditorio ad tempus.

19 BRIGIDÆ VRSINÆ

Nicolai Nolæ Pitilianiq; Principis ac Venetornm exercitus Imperatoris filiæ, matronæ pudicitia ac religione insigni. Richardus Alidoxius Vxori cariss. posuit. Vixit ann. XLV. obijt Die XXII. Maij. M.D.XXXIX. Nunc idem Richardus Franciscum filiũ Græcè, Latinèq; eruditũ summo cũ dolore ponendũ curauit. Vix. annos XXXV. Dies XXIX. Augusti. M D VLIII.

Propè sacrarium humi in tabula marmorea.

20 BARTH. Bonuicino Brix. L. Doctor, qui præmaturè Christianiss. tamen Deo Opt. Max. largiente V. excedens peregrina hos dereliquit Fratres. V. superst. P. Mater F. Vxor. F. chariss. C. pientiss. P. M. D. I. VII. Calend. Octobris.

---

21 DVORVM ABBATVM.

Inclita gens Liminæ regalia stemmata quondam
Edidit Abbates, quos tegit vrna duos.

Chri-

Christe præcor Iacobum cælo tua lustret aperto
Lux, & Odoricus sit super astra simul.

LVDOVICI BARBI sepulcrum in Capitulo Monachorum cum Episcopi figura.

22 *Mille quadringentis Domini currentibus annis*
Quadraginta tribus Septembris Mense fluenti,
Progenie Veneta BARBO Ludouicus in astris
Mente nitens tumulo clauso sepelitur in isto,
Splendidus ille fuit lucens virtute per orbem
Quin etiam clemens, humilis super omnia castus
Almæ Iustinæ Patauæ tunc extitit Abbas.
Cum Sancti normam Benedicti consolidauit;
Illinc Italiæ celebris lustrando per vrbes,
Ornauit Monachis Christo famulantibus alto
Consilij sancti præses, præfectus, & auctor
Ecclesiæ pacem tractando schisma remouit,
Eugenij Quarti præcepto præsulis orbis
Antistes nolens, est Taruisinus inunctus.

Sub porticibus in pariete dipictum carmen, & humi hæc inscriptio.

23 JOANNIS AQVILÆ
Patri pientiss. dolentes filij pos.
Hic cineres adijt, melior pars astra Ioannis
Mirum qui potuit? sed Iouis Ales erat.

---

24 LAVRENTIO GAZIO
Cremonensi, Monacho Cassinensi, viro summa religione conspicuo, ac in Musicæ, & Arithmeticæ studijs Theoricæq; scientiæ peritissimo, & cunctorum eruditorum, huius tempestatis iudicio excellentissimo, & scribendi arte ita præclaro, vt parem fortassis aliquem superiorem habuerit neminem. Qui senio tan-

tandem confectus Patauij nonagenarius obijt, non sine amicorum mœrore Anno Dñi M. D. LII. Cal. Septemb. XIIII.

ALBERTINI MVSATI.

25 *Condita Troiugenis post diruta Pergama tellus*
In mare fert Patauas vnde Timauus aquas.
Hunc genuit vatem, tragica qui voce Tyranni
Edidit Archilochus impia gesta modis.
Præbuit ætati vitæ monumenta futuræ
Vt sit ab externis cautior illa malis.

Scardeonius ante diruptam Ædem primam vidit atq; descripsit lib. 11. Cl. X. de cl. Gram. & Rhet. Patauinis. Ossa Viri supra ostium interius Turris sacræ inuenta sunt in arca larignea à R. P. D. Leonardo Patauino anno 1640. quæ cum reliquis ossibus per negligentiam seposita sunt.

---

26 In Imagines quasdam mulierum canentium.

Gaudia qui nunquam quæres fugitura, loquaces
Has fuge, quæ dulci tristia voce parant.

SCIPIONIS

27 *Viribus, ingenio, forma, vel sanguine si te*
Extulero, in turba Scipio clarus eris.
At si, quod iuuenem formosum, aurumq; marito
Miseris intactum, dixero, solus eris.

SCIPIONIS, ET BENEDICTI.

28 *Scipio quid meruit? Laurum: Benedictus? Olympum*
Munus habet dispar magnus vterq; labor.

ARCÆ NOAH.

29 *Pellibus instruitur Domini venerabile templum,*
Quid mirum? Strata est pellibus arca Dei.

Ex

Ex libro defunctorum Anno M.D.XXX.

30 D. COLVMBANVS Marostica.

31 *Frigida hic decimo clauserunt ossa sepulcro*
Astra tamen spiritus gaudet superasse beatus.

32 M.D.XVI. XIII. Aprilis D. CATHERINA Genuensis in Choro in telluris gremium ad C. G. sepulta est.
M.D.XXXIV. VIII. Junij D. BERNARDVS de Rubeis Patauinus in VI. Mausoleo.
M.D.XXXVI. pridie Nonas Octobris D. AVGVSTINVS Bonfius Patauinus Obijt Brixiæ.
Sepulcra illorum de BONFIIS, BONZANIS &c. sub Choro veteri hisce temporibus dirupta sunt.

In Claustro, quod vocant, Capituli.
Ad Cœmeterium SS. Martyrum.

33 Hoc sibi Xp̃i Martyres cruore, ac ossibus sacrum iussere, quod crebris huius loci ruinis obtectum Virgo Deipara olim edocuit, ac fidelium pietati colendum restituit.

Ad Cœmeterium vetus Monachorum.

34 Piæ Abbatum ac Monachorum memoriæ, quorum sepulchra, altero extructo Cœmeterio, hic desierunt, vt posteri his persoluant, quod sibi exoptant. P. X. Kl. Junij An. M.DC.III

Supra ianuam.

35 EVGENIO QVARTO Pontifici verè optimo, verè maximo, cuius memoria in benedictione ob immortalia in hanc Congregationem Cassinensem collata beneficia Monachi memores posuere.

In aliis Claustris supra Cellarij fores.

36 Anno M.DC.XVIII. die XXVI. Septembris.

Delatum fuerat spe lucri Monasterium de iniqua Paduani Foresti possessione. Res primò acta apud Triumviros titulo X. officiorum. Et causa non plenè dicta cecidit. Restauratum iudicium, apud quadraginta Ciu. vet. Ager visitatus obtentum Anno M.DC. XIX. die XII. Septembrs. Iudices Traidanus Critti &c. suffragia pro XXV. non sin. 11. Contrar. Abbate Ambrosio Asulano. Cellerario Hermagora Patauino. Procuratore Fortunato Patauino. Sic Gryphes eruunt aurum, sed apud Scythas Venetijs Iustitia longè arcet rapacitatem.

37 D. O. M.

ANDREAM DE LEGE

Inuictum legum Vindicem

Testatur Nomen

Prudentem Moderatorem

Patauina testatur Prætura

Suum Iouem

Non rubente dextera sacra iaculatum Arces

Sed rubente Purpura erubescenda deterrentem flagitia

In suas reuocata ædes Astrea indigitet

Suum cælitus delapsum caduceatorem

Tetra dissidiorum germina auerruncantem

Præsenti præsidio Patauino Perpetuo

Præfuturum profuturum

Vel ipsi in mutuas voces animati loquuntur parietes

Cassinensium Cœnobij D. Iustinæ Patrum

In tacitos plausus animentur marmora

Protectori patrono Patri optimè merito

Perennis gratitudinis Monumentum

Anno Domini M.DC.XLIII.

Supra

Supra ostium cuiusdam Capellæ in eodem Claustro sitæ.

38 Hospes ni properas lege. Cum an. M D XXXIII. Monachos Cœnobij huius à nescio quo per summam iniuriam de veteribus terminis loco motis & ejectis Tres Viri Publ. eximia sacrorum fundorum portione multeassent, grauissimum XI. virale iudicium prouocantes, anno post. XVI. K. Aprilis in integrum restituit, ope atq; opera D. Celsi Ver. Abb. Curantibus D. Jo. Baptista Veron. Cellerario, D. Dominico Coloniensi Procuratore. Condemnarunt IIII. absoluerunt XX. ampliarunt X. posterum securitati.

39 Calumniator quidam egens Monachorum nomine perinde atq; agrum problicum nefariè occupasset, cum detulisset ad Tres viros X. officiorum Benedictum Iustin. Vinc. Maurocenum, Antonium Leonium, & huc renuentibus Collegis prædia controuersa fisco addixisset, XL. viri certi fortunarum nostrarum propugnatores ann. M. DC. VIII. secundum nos litem deducunt. Actum auspicijs D. Juliani Asulani Abbatis Connitentibus D. Modesto Patauino Cellerario, D. Athanasio à Cypro Procuratore. Condemnauit vnus, absoluerunt XXVI. ampliarunt VI. Vale hospes & plaude.

Sepulti hic sine titulo.

40 GVIDVS Pancirolus Regiensis I.C.
FRANCISCVS Plazzonus Patauinus Medicus, & Anatomicus.
CÆSAR Cremoninus Centensis Philosophus Primarius.
Conduntur hic Nobiles de ZACCHIS.

S. MARIAE MISERICORDIARVM.

1 Sepultura Nobilium de CAMPOLONGO.

---

2 ALEXANDER Philippus C. Alu. F. H. OBM. P.E.C. F.F. XI. Junij Ann. S. M D. . . .

---

3 ANTONIO Philippino ſuauiſs. Ven. Q. Par. H. V. & B. M.

---

4 Sepulcrum FRANCISCI Bombardi Pat. Veneti.

---

5 D.O.M. JOANNES BAPT. de Romano ſepulcrum ab Antiquis poſitum, reſtaurandum maioremq; Fac. ſuo tempore C. ad diei gloriam adornãdam An. M D XXX. Menſe Aprilis.

---

6 Sepulcrum IGNATII de Sponzollis.

---

7 Monumentum Dñi Antonij, & Bartholomæi q. Dñi Franciſci de RIDO, & ſuorum hæredum.

XENODOCHII S. CHRISTOPHORI.

1 M CCCC VI. die quinto Auguſti . iſtud Hoſpitale principiatum, & ædificatum fuit ad honorem omnipotentis DEI, BEATÆ VIRGINIS MARIÆ, & Beati Sancti CHRISTOPHORI de bonis proprijs Joannis Martini de Pernumia, & Dñæ Domenegoldæ eius Matris propter animas ipſorum, & ſuorum defunctorum, quorũ animæ requieſcant in pace Amen.

S.MA-

S·MARIAE GRATIARVM·

1 JOANNI MARIÆ Nicolosio Nobili Patauino, & eius posteris, qui obijt anno M.D.LXXXI. die vndecima Sept. ætatis suæ LXXII. cum Mensibus duobus diebus vndecim, Buzzaccherina Buzzaccherina Vxor Coniugi mœstiss. Amantiss. P. Anno M.D.LXXXII. sexto Cal. Aug.

---

2 Sepulcrum Dñi NICOLE de Putis, & successorum, Obijt anno Dñi M.D.LXXXIV. XII. Januarij.

---

3 B. M. V.
Dimissarum Tumulus M.DC.XVIII. Idibus Nouembris.

---

4 D. Joanni Bettino Patri optimo, & Dominicæ Sperindeo Vxori dilectissimæ, Antonio, Sebastiano, Francisco, & Sperindeo filijs carissimis hæredumq; suorum, An. Dñi M.D.XLII.

---

5 *Sep. cum stemmate Familiæ CIGOGNÆ.*

IN ECCLESIA S·CRVCIS·

In portico Septentrionali sepulcra.

1 Hoc sepulcrum nobilis Viri ANTONII de Torculis q. Domini Dominici de Torculis, & suorum hæredum. Obijt anno Dñi M.CCCC.XV. Die XI. Augusti.

Ibidem.

2 MARCO TOMASINO
PATAVINO
PATRI B.M. ET SVIS
PAVLVS ET IOANNES MARIA FILII
POSVERE
MDLIII. CAL. SEPTEMBRIS
OBIIT MDXLIV. IDVS AVGVSTI.

In

In medio Ecclesiæ, cum figura Sacerdotis in lapide sepulcri penè detrita.

3 Hic iacet venerabilis Vir Dñs Frater NASCINBENE q. Ingolfi de Villa Tora, qui fuit . . . . & obijt M. CCC. XCVIII.

---

4 Sepultura de Ser Mattio, e Bernardin dai Buò stà de fuora della Porta di S. Croce M. CCCC. XCIII. adi XX. Feueraro.

Ante Aram maiorem literis antiquissimis in marmore.

5 Sepultura Dominici q. Ser Martini à Sancta Cruce, & suorum hæredum.

---

6 PETRO de Natalibus, & hæredibus suis Catherina Vxor dilecta. Obijt ann. Dñi M. D. XXXVII. die XVI. Aug.

---

7 Refecit Paulus Luciæ Matri suauissimæ M. DC. XI.

---

8 Sepul. de Maiestro Dielai . . . dai Remi, che morite del M. CCCC. LXXII. adi XV. Aprile.

---

9 Sepulcrum Mag. Joannis Mariæ Pestinarij, ac D. Angelæ eius Vxoris hæredumq; suorum. Obijt die IV. Aug. M. D. XXXIX.

Cænotaphium in pariete cum effigie.

10 PAVLO TOMASINO,
PATAVINO IVRISCONSVLTO,
CAVSIDICO SENIORI,
QVI ANNOS XXXV. GRAVISSIMA FORI NEGOTIA
VOCE CALAMOQ. PROMPTVS
SVMMA INGENII SEDVLITATE
ATQ. INTEGRITATE ANIMI PEREGIT,

DO-

DONEC ASSIDVA CLIENTVM TVTELA
SVPRA VIRES FRACTVS,
PRÆMATVRO FATO SVIS ERIPITVR
COMMVNI VRBIS MOERORE,
AN. SALVTIS M.DC.XLIII.
DIE XX. SEPTEMBRIS, SVÆ ÆTATIS LIX.
IACOBVS PHILIPPVS TOMASINVS
EPISCOPVS ÆMONIENSIS FRATER,
IACOBVS ET ALOYSIVS I.C. FILII
DEBITÆ PIETATIS MEMORES
P. C.

In porticu propè sepulcrum Tomasinorum tumulus cum literis ex industrea detritis vix legitur.

11 . . . .

Proi. Patauinæ. illorum de Cona.

RR. CAPVCCINORVM.

In pariete prope ostium ædis.

1 Hanc Ædem Transfigurationi D.N. Iesu Christi dicatam consecrauit D. FEDERICVS CORNELIVS Presbyter Illustriss. Cardinalis, Episcopus Pat. A.D. M.D.LXXXVIII. die VII. Julij Pontificatus D.N. Sisti PP. V. An. IV.

In sacello B. Virginis, in cuius tabula Effigies spectatur Cardinalis Commenduni, humi verò in splendido lapide.

2 IO. FRANCISCO tit. S. Marci S. Rom. Eccl. Cardinali Cõmendono Ant. Caucus Patritius Venetus auunculo B.M. M.P. Vixit annos LXI. M.IX. D.VIII. Obijt VII. Cal. Jannuarij M.D.LXXXIV.

S. MARIÆ A TVRRICVLA.

Ante ostium huius sacelli in lapide rubeo.

M. PIERO Todesco.

IN

IN ECCLESIA CANONICORVM SECVLARIVM

S. MARIAE IN VANTIO.

Ecclesiæ Consecratio.

1 M. D. LXXIX. Die XXIII. Mensis Martij Ego FEDERICVS CORNELIVS Episcopus Patauinus Consecraui Ecclesiam hanc in honorem B. VIRGINIS, & Altare à dextris in honorem Sancti Ioan. Baptistæ, & Reliquias Sanctorum Iacobi Apostoli, & Marci, ac Lucæ Euangelistarum eo inclusi singulis Christi fidelibus hodie vnum annum, & in die anniuersaria consecrationis huiusmodi ipsam visitantibus XL. dies de vera Indulgentia concedens in forma Ecclesiæ consueta.

Prope Ianuam introeuntibus in Lateritio conditorio ad tempus hæc legebantur à Scardeonio descripta, quæ temporis iniuria perierunt.

2 CASSANVS.

Hic dedit antiquæ quod erat mortale parenti
Cassanus Medicæ maximus artis honos.
Is Pedemontanæ tantum decus attulit oræ
Quam Cois olim ciuibus Hippocrates.
Esse senescenti inferior sed magnus Apollo
Dum timet (heu) cælo maluit esse parem.
Conditur hic corpus, terreno carcere liber
Spiritus astra colit, fama per ora volat.

Humi in marmorea tabula cum effigie Episcopi dormientis.

3 Hic iacet Reũs in Christo Pat. Dñs DANIEL de Scotis de Taruisio Episcopus Concordiensis, ac Domini nostri Eugenij Papæ Quarti Thesaurarius. Qui obijt XI. Iulij M.CCCC. XLIII.

In eadem parte.

4 Hæc domus inferius ædificata breuis,& tenebrosa ac vermibus infecta est presbyteri ALEXANDRI de Fornarijs de Parma. Pro cuius anima Canonici huius loci de sua liberalitate obligãtur quater in hebdomada celebrare M.CCCC.LXXIX.

In medio Ecclesiæ in sepulcro specioso.

5 Pientiss. parentibus, & dulcissimo filio defunctis,sibiq; & posteris FRANCISCVS Comendunus Doctor P. M D XXII.

6 D. Carolo de Passeribus de Genua Doctor. posterisq; D. Thomaris vxor, & gubernatrix posuit M. D. XXIII.

7 ANTONIO Pio eiusq; fil. Const. qui cum ad Vincent. fortiter pro libertate Italiæ pugnans à Barbaris est infectus Victori, & Nic. Elisabeth Hieronymi vxori Const. Item, & Juliæ Nicol. Liberis, & Jul. & Ant. fil Hic. Nepti,& Isabella Const. Iunioris fil. Cæcilia,& Alex. Nic. Nurus, Hoc monum. temp. po. cu. Cal. Ap. M. D. LIIII. XIX.

In primo Claustro in pariete saxum cum literis.

8 M. CCCC.XXVI. hoc Templum factum fuit per venerabilem, & egregium Decretorum Doctorem Dominum DOMINICVM de Campolongo Priorem Monasterij S. Mariæ de Auantio, nec non Dormitorium prædicti Monasterij in M. CCCC. XXVII. cui in hoc mundo honorem,& in alio vitam dignetur Deus concedere sempiternam.

9 Sepultus hic sine titulo LEO de LAZARA I. C. & Eq. M. CCCC. LXX.

Sepulcrum IAC. de Dondis.

Ante Aram B. V. stemmata de Bertoldis, & Triuisanis.

Ad Aram D. Io. Baptistæ stemmata de Mussatis.

In Bibliotheca hisce temporibus constructa.

QVISQVIS
10 A BONIS ARTIBVS NON ABHORRES
INGREDERE SVSPICE VENERARE
LIBROS EDITOS M. SS. CODICES ET PICTVRAS.
SACRA SVNT OMNIA
ET DOMVS IPSA
MVSIS ET APOLLINI.
CANONICORVM SECVLARIVM S. MARIÆ AB AVANTIO
DECRETO ANNO M DCXXX
BONO REI LITERARIÆ PVBLICO CONSECRATA
IACOBO PHILIPPO TOMASINO PRIORE
SEDVLO PROCVRANTE.

IN TEMPLO S. DANIELIS.

Olim spectabatur tabella hisce literis vt ex Scardeone, & Schradero.

1 HIC REQVIESCIT MARTIR DANIEL LEVITA.

Rolandini Grammatici sepulcrum carminibus insignitum ætate Scardeonis sublato veteri lapide, & nouo apposito.

2 *Grammaticæ Doctor, simul artis Rhetoricarum*
ROLANDINVS eram nunc rege iubente Polorum
Vermibus hic esca iaceo, quam tu tibi sortem
Qui legis expecta; neq; fas tibi fallere mortem,

Et

Et bene scis quod tu finem non effugis istum,
Ergo roga tibi, postq; roga mihi parcere Christum.
Mille ducentenis Christi currentibus annis
Tunc ego natus eram; sed ab his post septuaginta
Sex, simul alma piè redimit, dum festa Mariæ
In Februi Mense, cæli peto fercula mense.
Rex pie, Rex cæli nato miserere fideli
O primum flamen tuus sit hic spiritus. Amen.

ANGELO BEOLCO

3 Ruzanti Patauino, nulli in scribendis agendisq; Comœdijs ingenio, facundia, aut arte secundo, iocis & sermonibus agrest. applausu omnium facetiss. qui non sine amicorum mœrore è vita decessit anno Domini M. D. XLII. die XVII. Martij ætat. XL. Ioan. Baptista Rota Patauin. tantæ præstantiæ admirator pignus hoc sempiternum in testimonium famæ, & nominis P.C. Anno M.D.LX. à mundo redempto.

MARCI GVACII.

4 *Mantua me patrem, Venetumq; vrbs, inclyta matrem*
Natale Euganei, Guacia sacra lares.
Datq; Leo nomen Christi, qui mystica narrat
Dat studium Pallas militiamq; mihi.
Obijt Anno M. D. LVI.

---

5 ODDVS de ODDIS Physicus, & Medicus Theoricæ Ordinariæ in hac Vrbe publicus Professor, & cum eo Guerinus, & Benedictus, ac Ioannes Dominicus Nepotes locum hunc vetustate consumptum sibi, & suis omnibus instaurarunt.

---

6 ANTONIO Campolongo R. P. Pat. Secretarius
sibi, & suis posteris M. CCCC. LXXXVIII.
XVI. Kl. Sept.

7 *Cum consorte Phori Patauinus scriba Iacobus*
Valsugana, pari iunctus amore iacet
Quos quum fœlici Aldrigetus clauderet vrna
Helisabeth. soceros est imitata suos.

8 *Mole sub hac tegitur . . . . Hieronymus*
Patriæ nobile germen Mussatus secum Patriæ, qua gratus
Alumnus claruit ingenio, fons pietatis erat
Sic Patris et gnati genuit quos clara propago
Mussata à superis vitare cœpta Deis.
Vx. Isota de Capitibuslistæ B. M. Pos.

9 *Sepultura de CORRADINIS detrita.*

10 GALEATII à Sole sepulcrum, suorumq; hæredum die XXIX. Aprilis M.D.LXI.

Extra Ecclesiam in pariete Meridionali.

11 BARTHOLOMÆO Blasio Viro Nob. Daniel Blasius Ciuile Ius ann. IX. publicè interpretatus Patri opt. P.C.
Obijt M.D.XXIX.

Supra Aram S. Danielis.

12 JO. ALOYSII à Vaccarino fundat.

13 Sulimano, & Aloysio à JVDAICA Antonioq; de Zacchis hæredibus annuent.

14 *Hic LODOVICI patris est Iacobus in vlnis*
Quo cum clausa sua est Gens Vaccarina Domus
Cui musæ diuesq; aderat facundia viro,
Omniaq; Antiquis gesta tenebat auis
Sed is Ra imprimis Deus, vt si digna rependit
Hic Superum teneat post sua fata locum.

PE-

15 PETRVS Facinus, ſibi Catherinæq, Vxori cariſs. Monumentum M. D. XXXII.

16 Queſta ſi è la ſepultura de l'honoreuole homo M. Bortolamio de M. Antonio Amorato Pilizzaro dal Prà della Valle, e dei ſoi di M. CCCC. XXVIII. adi. XX Auoſto.

17 D. O. M. Hic iacent oſſa Seb. Marſilij Felt. M. DC. XXXXIII.

18 Nobilis Dñæ BARTHOLOMEÆ de Bazolis, & ſuorum hæredum.

19 Sep. de' PETROBELLI.
Sep. de' CORRADINI.

20 Locus Angelorum.

MONIALIVM S. CLARAE.

A GLORIA DI DIO, ET A PERPETVA MEMORIA DI QVESTO MONASTERIO.

1 Suor MODESTA Sanguinazza di anni trentaſette del Monaſtero della Beata Helena di Padoua del M. D. LXII. il Meſe di Marzo fatta meriteuole Abbadeſſa di queſto Monaſtero di S. Chiara poco meno che affatto, & del Temporale, & del Spirituale rouinato con l'aiuto Diuino l'andò talmente rileuando, che in ventiquattro Anni tutto quaſi dalli fondamenti lo ereſſe, & fabricò in queſta belliſſima forma, & lo laſciò compitamente riformato di ottimi, & ſanti inſtituti della Religione; che piaccia al Noſtro Signor Gieſù Chriſto di accreſcerlo

ſempre

ſempre in meglio. Viſſe eſſemplare, & ſantamente, & paſsò da queſta mortale alla eterna vita di an. LXI. nel M D LXXXVI. il primo di Luglio à hore XX.

---

2 SANCTÆ CLARÆ M.D.LXXII.

---

3 PAVLI Benij Egubini, & exterorum Patauini Gymnaſij Doctorum, quos iuuent hoc ſaxo condi
An. Sal. CIↃ IↃC XXI.

---

4 JACOBO ALOYSIO Cornelio, & Catherinæ Bragadenæ parentibus pientiſs. poſuit Hieronymus Cornelius fil. Veronæ Præt. loco ea lege comparato vt recl. vnquam aliumue quempiam inferri omnino nefas ſit An. M. DC. XXI.

---

5 Sepulcrum pro nobilibus, & Cognatis Monialium
Sanctæ Claræ Anno Salutis M. DC. XI.

---

6 Altare pro Monialibus, Altaris fundatore, & quieſcentibus in eius ſepulcro certis diebus ab VRBANO VIII. ad ſeptemdecim annos priuilegia, tum anno primo, qui fuit M.DC.XXIII. feria ſecun. & ſex. cum. oct. Def.

SACRARIVM VIRGINVM
SANCTI GEORGII.

1 ANTONIO Viguario Medico, & Phil. præſtantiſſimo F. Jacobi Equitum leuis ordinis Sereniſſimæ Reip. Venetæ ductoris Patri optimo Iacobus P.P.P.
Obijt anno M.D.XCV. die III. Septembris

---

2 M.CCCC.LXXXIII. die XIII. Iunij.
Alexandro, & Benedicto CAPITELISTA prædefunctis fra-

fratribus cariſs. probatiſs.q; Hieronymus Federici Iuris vtriuſq; Doctor celeber. f. ſepulcrum conſtituit, & poſter.

---

3 Nobili Matri optimæ Ioanniq; Mariæ filio dilectiſs. FRANCISCVS Guſella ſibi, ac ſuis omnibus monumentum hoc faciendum curauit die primo Ian. M. D. XXIII.

---

4 JO. ANTONIVS Muſſ. Tymoth. Prothon. Apo. Decr. Doc. huiuſce Temp. pos tre Anti. fra. Rariſs. D. MDXXXXIX.

---

5 Hoc eſt ſepulcrum Ser DOMINICI Vialis, & ſuorum defunctorum &c. M: CCCC. LXV.

---

6 Hoc eſt ſepulcrum Magiſtri Franciſci Feleroli quondam Ser Jacobi Feraroli, & ſuorum hæredum M. CCCC. LXVI. de Menſe Decembris.

---

7 Hoc eſt ſepulcrum Ser Laurentij à Lapidibus de Montagnana, & ſuorum, conſtructum anno Dñi M. CCCC. LXIII. de Menſe Martij.

---

8 Sepulcrum honorabilis ciuis Ser JVSTI Notarij, & ſuorum completum fuit anno Dñi M. CCCC. LXII. de Menſe Madij.

---

9 JO. ANTONIO Piato Medico ætatis ſuæ celeberrimo Patri, ſucceſſoribuſq; Io. Paulus. Obijt Kl. Januarij M. D. LVII.

---

10 Sepulcrum Clariſſimi Iuris Doctoris D. VICTORIS de Porcelinis, & ſuorum V. F. M. CCCC. XVII.

---

11 Hoc eſt ſepulcrum honorabilis viri Ser PETRI de Eſte, & ſuorum defunctorum M. CCCC. LXVI. de Menſe Decembris.

12 Qñ corpus dormit anima vigilat. ergo credo, quia ſum reſurrecturus, & rationem rediturus. Viro Nob. CASPAR de Nouenta, & hæredibus. Anno Dñi M.DC.XIX.

13 Pietate Virt. ac Erudit. præſtantiſs. Vir. D. JACOBVS Mauritz. Germanus filius clariſs. ac ſummi Iudicij Viri D. Antonij Mauritz Conſulis Madeburgenſis, cum hic Patauij ſtudiorum gratia verſaretur, vitam cum morte commutauit anno M.D.LXIX. die vero XII. Octobr. cuius anima Deo viuat.

Mauritius Helbich Germanus Vniuerſitatis Syndicus hæc fieri procurabat.

14 D. O. M.

THOMÆ Sauiolo ætat. ſuæ Viro ampliſs. Iur. Pontif. Conſ. Qui in Collegio Pat. multa ſapiẽter inſtituit Abbati S. Daniel. in Monte, & S. Mariæ Sextenſis Antonio Bernardini F. Patri I.C. Clariſs. Qui maiorib. huius Ciuitatis munerib. ſæpè functus legationeq; apud Sen. Venet. egregiè adminiſtrata ann. M.D.LIII. & ſuæ LXV. filijs XII. ſuperſtitib. honorificè obijt Aurelio fratri Eq. Ss. Laz. & Maur. Ser. Sabaud. Duci. Legationeq; pro eodẽ apud Ferariæ Ill. Ducem in obitu Card. Patrui functo. qui in Mirand. & Senenſi Bellis deinde in Ogronia Valle, & S. Martini contra Chriſti hoſtes militauit, ac bis in Gallia CCI. Eq. ord. militib. præſt. Cum demum ab expeditione Tunetana Niceam contenderet Genuæ acuta febre correptus in Dño obd. anno M.D.LXXIII. K. Nouemb. æt. ſuæ XXXV. Franc. & Annibal Iur. C. M. Ant. Art. D. And. Ser. Ven. Gubernator elect. & R. Iulius fratres ſuis B. M.

M. H. F. C.

15 D. O. M.

Hanc quietis ſedem, quam BARTH. de Padua ſibi, & Rectoribus parauit ann. M.CCC.LXXXII. Ioannes Marchettus

huius

huius Ecclesiæ Rector vetustate consumptam in Aduen. Redemptoris an. M. DC. XXX. reparauit.

---

16 MARCI Pasqualici Veneti Patritij ingenio, eloquioque clari, ac Patriæ magistratuum minimè ambitiosi cineres M. $\overset{c}{v}$ IIII. XVI. Maij.

---

17 Domino ANTONIO Rosserto, Q. Ser Francisci Iuris professori concessa M. D. LVIII. Primo Maij.

---

18 Deposito de Messer Francesco de Facio Becharo fatto dalli sui antenati del M. CCCC. XI. rinouato del M. DC. II.

---

19 *Templi huius rector, IOANNIS nomine dictus*
Morti hac Marchettus, frigida saxa parat.
M. DC. XVII.

---

20 Receptum Tutum, donec Deuz in carne videam ui. mihi, & hær. CIPRIANVS Castegnola parani M. D. XXVIII. primo Luio.

---

21 Præs. BAPTISTA Bertepaglia, sibi fratri, & sorori, etiam posteris mon. H.P. M.D.LV.

---

22 ANTONIVS Sauiolus I.V.Doct. Ber. fi. Coronæ Barisonæ Vx. cariss. in puer. pio. XXXIII. eta. sua defun. sibiq; posuit vt sicut iugali decennij vinclo stetere, ita amborum ossa ad vsq; resurrectionis die iunti i. placidè quiescant M. CCCC. XXI. XI. Februarij.

---

23 Hic iacet Venerabil. Vir D. Præsb. Aloysius de Padua olim Rector. & restaurator huius Ecclesiæ MCCCCLXVIIII. Die XXVIIII. Aprilis.

24 *Orta latet sacris Donis vestita pudoris*

SANCTVS IACOBVS DE PONTE CVRVO.

Circa sepulcralem tabulam.

Hanc humilem Saray regali sanguine tumbam
Huic fuit Abbatissa loco, cui LIMINA *grande*
Cognomen fuerat, quam vita Parca privavit
Quatrigentenus Domini millenus obortu
Cum vno sublato tersenus curreret annus
Martius & decimum lumen præberet in orbe.

Deinde contractis partimq; detritis literis.

Balbinæ cast. S. Georgij, & Iacobi Abb. Dignissimæ q̃ Bell. in patria . . . . . . Mon. S. Iac. extra muros solo eradicat. . . . . . agens titulum S. Iacobi huic Eccl. . . . .

25 BASILIVS Valerius Venetus Victori filio, Helenæq; nurui Adolescentulis, quos eodem die crudele fatum desiderari voluit, Antoniæ vxori, Nicolao fratri, suisq; omnibus, & sibi. VIIII. Kal. Maij M. CCCC. LXVI.

26 . . . . . . Ego sum lapis, quæ cadauera debet cooperire quoq; tantummodo Scoti. M. D. C XVIIII.

27 ALBERTI SAVONAROLÆ.

Hic sunt Alberti cineres, mens errat in vmbris
Elisijs, superis associata choris.
Eloquio clarus, Medica clarissimus arte
Vixit, honos Pataui Sauonarola fuit.

28 *Sepulti sunt sine titulo D.* BARTHOLAMÆVS *Souerus Mathematum* Pro*fessor publicus Anno* 1629.

HIE-

HIERONYMVS Iustus I.C. & ANTONIVS Porcellinus I.C. in suorum m. t.

CAROLVS Guarnacia I.C. Pat. anno 1545.

SANCTAE IVLIANAE.

1 *Apud Aram sepulcrum literis corrosis cum stemmate BENAVIDII de MANTVA.*

2 Sepulcrum Egregij, & circunspecti viri Ser JOANNIS de Sanctuliana, & hæredum suorum, Qui obijt V. Januarij M. CCCC. LVII.

3 Questa sepultura è de Ser Battista de Martin de Piazzuola Telaruolo, & suo heredi 1469. adi 15 Febraro.

4 JACOBO Philippo de Regio presbyter. & Rector. istius Ædis, qui diem suum clausit M.CCC.LXXVIII. die P. Ianuarij.

5 PETRO de Sanct. Dex. . . . no, & Vx. Harmillæ posterisq; Io. Petrus Bouauitus de Mantua . . . .

. . . .

. . . .

6 AVGVSTINO de Tolentino, Ludouicus I.V.D. Jo.Baptista, & Philippus filij Patri optimo, ac sibi ipsis P.C. M. D. LXXVI.

7 FRANCISCÆ Calcia relictæ, & filiæ Pauli de Castro in doctrina Juris nominatissimi Amitæ cariss. defunctæ die XIIII. Februarij M. CCCC. LXXXXII.

Nicolaus de Castro Vtriusq; Iuris Doct. & Canon. Pad. fecit.

8 Sepulcrum honorandi Ser Michaelis Squaræ Ferraroli, qui obijt anno Dñi M. CCCC. LXII. die VIII. Februarij, & suorum hæredum.

9 Hoc sepulcrum est discreti viri Ser ANDREÆ Serceuroli de Como, qui obijt die XXV. Iunij M. D. I.

10 S. M. Paganini de Dianis Aurificis, & suorum.

11 Hic tegitur FALAGVASTIA Proles
Ex electione Excellentissimi Iuris Vtriusq; Doctoris D. Petri.

12 JACOBVS à Sole Iuris Doctor præclaræ Beatrici de Zacchis Vxori dilectiss. sibi, & posteris.

13 BERNARDINO Maniano litteris, ac moribus ornatiss. & Peregrinæ puellæ incomparabili Lucia Beralda mœstiss. Consorti, ac filiæ carissimis posuit. M. CCCCC. VI.

14 Hic iacet Dña Marinella Vxor Dñi Bonifrancisci de Guarnerinis.

S. MARIAE SERVORVM.

Prope sacrarium in Magnifico Mausoleo cum simulacris æneis.

1 PAVLO de Castro Auo, & Angelo Patri Nicolaus suo ære donauit.

PAVLVS de Castro Iuris Consul. disertiss. maximæ auctoritatis apud omnes habitus, quod Florentia testatur, cuius

Ius Municipale innouauit, & in ea coniugatus Petræ vxori Vicariatus officium in spiritualibus Rom. Pontif. decreto exercuit, sibi etiam in Bononiensi, & Patauino Gymnasio publicè profitendo floruit, æternamq; sibi gloriam comparauit, relinquens consiliorum, & in jure volumina plura ædita, quæ inter manus versantur, & ipsius Angelus filius clarus ingenio amborum Iurium tenens fastigia, quadraginta annos Patauij jura docuit eòq; Nicolaus Canonicus Paduanus, qui ab his processit, & ipse parentum virtutem adeptus hoc immortalitatis opus illis consecrauit. M. CCCC. LXXXXII.

Humi verò hæc leguntur in tumulo.

Paulo de Castro auo, & Angelo patri Comiti Pal. Vtr. Iur. Doctoribus, & in orbe Monarchis Nicolaus de Castro Vtr. Iur. Doct. Canonicus Paduanus Apost. Cubicul. & Comes Palat. fieri fecit. M. CCCC. LXXXVIII.

In pariete ibidem cum vultu marmoreo.

2 F. HIERONYMO Quaino Pat. Ord. Ser. Philosophici literis græce, & latinè erudito miræ facundiæ concionatori Sacræ Script. in pub. patrio Gymnasio professori multis ijsq; honorificè pièq; in sua Relig. obitis muneribus hic quiescenti P. P. Pat. benemerenti P. C.

Obijt an. D. M.D. LXXXII. die XXXI Ian. æt. suæ LVIII.

In Sacello iuxta sacrarium humi ad tempus Scardeonius vidit.

3 D. O. M. EPIPHANIO COLVMBO

Realdi Col. filio, optimæ indolis, & summæ spei puero, qui cum præclara omnia à se expectanda significasset, immatura nimis atq; inuida morte præreptus maximum sui desiderium omnibus reliquit. Parentes mœstiss. pos. Vix. ann. X. Mens. VIII. dies XIX. Obijt VIII. Cal. Octob. M. D. LXIIII.

Ibidem

Ibidem paulò superiùs in pariete leui manu picta carminantur.

4 *Huc nigras pueri violas fuscosq; hiacynthos,*
Pulchraq; purpurei spargite fila croci:
Nec lachrymas cohibete, puer hic formosus & idem,
Qui vestri fuerit gloria prima chori.
Quin & multa ausus plusquam puer, ille animatum,
Ille hominum tenere membra secare manu.
At vos ô nimium crudelia fata, nimisq;
Impia mors, & quæ nil nisi sæuitia es.
Vix cœlo ostensus fuerat, cùm protinus illum
Lanificæ nobis surripuere Deæ.
Dic hospes bona verba, bonumq; precatus abito
Vt lubet, atq; tibi dij meliora ferant.

In porticibus Monasterij humi in lapide fracto.

5 *Pulcher APOLLINARIS FVCHS per . . . .*
Fuch ego dictus eram, toto iam cognitus orbe;
Hic iaceo; & mecum virtutis omnia matris
Et patriæ spes vna perit studijq; labores,
Quos ego dum sacri Iuris succensus amore
Ferre libens statui, pestis furor impius vrgens
Vitæ extrema dedit, Pataui sic ossa quiescunt.

Iuxta Organum cum duobus Leonibus ramum Panici tenentibus sepultura illorum de Panizzolis cum noua Inscriptione.

6 JO. BAPT. Panizzola Auo, Franc. Parenti optimo, maioribus cæterisq; posteris, & sibi Jo. Baptista Panizzola Beatæ quietis locum reparauit Anno M. DC. XLVII.

GI-

7 GINEVRA S. Juliana Capodelista serua minima della B. Vergine dopo anni XIIX. di Viduità, questo luogo di riposo si hà preparato viuendo l'anno M. DC. LXVIII.

8 V.F. BONAVENTVRA Galuanus Iuris Doctor Antoniæ Vxori suæ carissimæ, & sibi posterisq; suis Anno Domini M.D.XX.

9 GEORGIO à Monacho viro integerrimo Hieremias frater posuit. Obijt anno M. D.XXIX.

Humi cum figura lapidea.

10 *Hic situs est ingens Doctor RAMBALDVS vtroq;*
Iure nitens, veri constans celator honorum.
Militiæ speculum Vaccæ Caput inclita proles
Sub cuius Regimen voluit Florentia plebem.

Sepulcrum cum stemmate de Fabianis.

11 IA. F.

12 JOANNES BAPTISTA Sauiolus viuens, Petro fratri defuncto, & sibi FI. vxori, & omnibus dumtaxat Sauiolę Familiæ monumentum hoc posuit.

13 SEBASTIANO Brintę Victoria vxor, & hæres. PP. Obijt anno M. D. XCV. die XIX Feb.

14 OTTONELLO Pasino, & Victoriæ Amulio genitoribus Ludouicus Galeatius, & Alexander filij mœstissimi hoc monumentum ponendum curauere An. M. D.CXXVII. Mens. Feb.
Insigne habet Taurum erectum in medio Agri.

M.IIII.

15 M.IIII. V. Die vltima Augusti
Hæc est sepultura honorabilis Dñæ Dñæ P. REOLDÆ de Paradixis, & Dñæ Agnetæ de Capitibus Vaccæ eius filiæ de Padua, de contrata Columbinorum, & suorum hæredum.

16 ANNA de Rubeis,& suorum hæredum M.D.LXXXXV.

17 CAMILLVS Bertolcius de Castro Valvisabiæ, sibi & Annæ coniugi cariss. dilectiss. successoribusq; suis V. P.
Anno Dñi M.DX. C.

18 ANT. de Bonis Ciuis Patau. Petro Iur. Cons. filio pientiss. defuncto, sibiq; ac posteris suis viuens parauit Ann. Re. M.CCCC.LXXXXVIII. XVI. Kl. Nouemb.

19 Sepulcrum Ser MATTHÆI Saraceni, & suorum, qui obijt de Anno M.CCCC.LXXXIII. die XIII. Septembris.

20 JACOB Cortesio Ciui Pat. parenti opt. mer. M. Ant. Iulius,& Daniel filij piētiss. pos. An. Sal. M.D. LIX. Mēs. Oct.

21 Hoc sepulcrum construere fecerunt integerrimi nobiles Ciues CAMPOLONGVS, & Zorobabel fratres de Campolongo in eorum memoriam,& suorum hæredum.

Tumulus, quo corpora nobilium de LAZARA de S. Iuliana humantur, olim nobilium de Purcilijs, cuis in marmore insignia itidem vtriusq; Familæ sculpta in vnum spectantur, cum sequenti inscriptione.

22 D. BARTHOLOMÆO de Purcilis Doctori, & Catherinæ Vxori suæ cariss.

PIE-

23 PIETRO Filippo Manzon Fabro
M. DC. XII.

24 ANTONII Borromei D. & Eq. memoriam poni inst.
M. D. LXXVI.

25 BALTHASAR Carduccius Florent. in Patauina Academia priùs Pont. mox Cæs. Iur. Antesignanus, Ludouicæ Vxori benemeritæ P. M. D. XIX.

Externo heu tumulata solo charissima coniux,
Hæc si fata volent vrna duobus erit.

26 Sepulc. BENEDICTI Malsato fil. hæredum, successorum, atq; familiariũ suorum. An. D. M. D. XXVII. die Aprilis XII.

In monumento cum vultu marmoreo.

27 BERNARDVS Olzignanus postrema senectute ad superos euolat. illius ossa nati hoc sacello pientissimè condiderunt.

28 Sep. JOANNIS Fichetti Ciu. Pat. gratia Dei, & Bellissimæ jugalium de Vico S. ✠ & success. suorum M. CCCC.
Restaur. M.DC.XXIX. à Io. Baptista Fichetti.

29 NICOLAVS Bonfius Lucretiæ de Doctis cariss. vxori suę posuit, & hæredibus. Obijt III. Cal. Febr. Anno Domini M. D. XXXVI.

30 *Sepultura illorum de DONZELLIS cum stemmate.*

31 Maiorum sepulcrum D. PAVLVS Zagalea sibi, ac D. Isabellæ ex nobilib. de Campo S. Petro Vxori, & posteris restaurandum curauit. Anno Dñi M. CCCCC. XC.

Cum effigie Doctoris.

32 *Hic magnus legis Doctor sacriq; verendus*
Hanonis . . . . . pres Hendricus humat Alumnus.

33 Sarcophagum gentilitium HIERONYMO Iure Cons. fratri, ac sibi Matthæus Malumbra restituit VIII. Idus Januarij M. D. XXV.

34 ANTONIO Verdabio Laurentius frater sibi, & posteris.

35 Sepulcrum Ser BERNARDINI de Ritijs, suorum hæredum M. D. XI. Aloysio Ritio Ciu. Pont. q; Iur. per. Adolescenti ingenio I. Fri. Diuino acerba morte erepto Bernardin. mœstiss. Pater ordini turbato H. I. M. C. Anno à Chr. Natal. M. D. LXXII. XXI. Kal. Octob. ætatis verò suæ XXIIII. Mens. II. D. IIII.

In sacello Sanctissimi Crucifixi.

36 Qñ corpus dormit in morte anima vigilat in cognitione, ergo considera atque crede, quia ego, qui hic iaceo, sum iterum resurrecturus, & lingua, quæ nunc silet, iterum loquetur, & rationem reddet. Nob. viro Bartholomæo CampoLongo, & hæredibus M. D. XIV.

37 Sepolcro dell'Archiconfraternità del SANTISSIMO CROCEFISSO di S. Maria de' Serui per li Fratelli di detta Compagnia, sotto il Guardianato di Giacomo di Menegati L'anno M. DC. XXIV.

38 D. O. M. GALEATIO Bigolino Auo pietate insigni, ac Deoclidi Patri forti, & magnanimo Galeatius I. C. Fr. Contes Eq. Hieronymus Don. Horatius Commend. S. S. Maur. & Laz.

& Laz. Alexander Vicecollat. Serenissimæ Reipublicæ Ven. fratres vnanimes, sibi ipsis etiam M. H. P.

M. D. LXXVI. Kalend. Jan.

D. O. M.

39 IOANNES MARIA Magagninus Armorum tractatione insignis, ac morum suauitate nobilis animam Deo redditurus Tumulum hunc sibi, & posteris extruendum præcepit.

Vixit ann. XLV. Obijt ann. Sal. M. DC. XV.

In peristylio.

40 D. FRANCISCVS de Purcillis Iu. Vt. Doct. Vixit ann. LXXXIII. Obijt die XII. Septemb. M. D. XXX.

Modò Nobiles de Lazara huius sepulcri sunt Domini nob. Familia de Purcilijs extincta.

SANCTI AEGIDII.

1 Fratalea Merzariorum Anno Dñi M.DC.XXXVIII.

In hac Ecclesia spectabatur sepultura illorum de Augustis, cuius pars lapidis extat hodie apud Sebastianum Scarabiccium Medicinæ Professorem.

2 Disciplinam in pace conseruate filij: non est pax impijs (dicit Dñs.) Propinquis, amicisq;

LVCAS de Augustis ciuis Patauinus I. C. & Professor publicus.

Adiecta.

In D. Augustino cum statua lapidea.

DAVLO de DAVLIS Docto Patritio Patau. Ioan. Bapt. filio, qui Troianæ virtutis nobilissimum vnde genus, ex asse hæ-

res primo cataphroctorũ Equitum Austriaco Bello ductor, inde Mantuæ motibus Patauinarum Taruisinarumq; copiarum Moderator, & Ser. Principis dexteram, & veterum Ducum gloriam promeruit, mox Brixiæ, Palmæ, Corcyræ, alijsq; munitiss. Reip. arcibus præfect. Demum Cretenses, Illiriosq; fines depopulante Thrace genito, quem ne Patauinæ Triremis demandatum subiret imperium. Dum desinebant fata suffectus, dum cõmunem salutem suo cruore parere non dubitat, ætate laboribus fractus mortalitatis cursum gloriosiss. conclusit Iadræ II. Aug. M. D.C XLVII. ætat. An. LXVI. Patauina Ciuitas, ne tanti viri nomen vlla ingratæ posteritatis reticentia obseruaretur, publicũ hoc Amoris Honoris monumẽtum decreuit.

In Cœnaculo veteri D. Antonij apud suggestum.

Sacrę Religionis, atq; in primis Ordinis nostri deuotus Bonus ALETIS cognominatus hoc analogium suo nomine suaq; impensa erexit. Ex procuratione autẽ nostri Conuentus alia complura ex integro statuit, & elapsa restituit, labentia confirmauit, pro quibus illi, vt mercedem apud Deum, Oramus, ita testimonium apud homines reddimus.

Quieuit in pace XXX. Augusti M. CCCC. I.

In S. Danielis.

HERCVLES Corradinus Jur. Cons. quod primus Nicolaus Philosophus, & Medicus peritissimus posuerat, & tempus subtraxerat morte Joannis fratris naturalis monumentum familiæ suæ restituit Anno Dñi M. D. LXXVI. Mense Martij.

Ad D. Mariæ in Vantio ponenda.

BARBATÆ Familiæ Bartholomæus sibi, & posteris Anno Dñi M. DC. V.

MO-

MONVMENTA VRBIS PATAVINÆ.

Quæ in publicis, & priuatis Ædificijs extant.

In Palatio Patauino.

1 ANno Domini M.CCCC.XX. Vrbi nostræ tunc iusdicente pro Serenissimo Duce nostro Venetiarum iustissimo Prætore MARCO Dandulo D. Benedicti Palatium hoc reædificari cœptum est, cum priùs eodem anno subita vis ignis atque interea opus magnificum ac mirabile, quod annis CC. II. inuiolatum steterat, spatio trium horarum consumpsisset. Ad quod triste, infaustum que spectaculum cum tota Ciuitas non aliter quàm ad commune aliquod funus concurreret, omnesque simile postea refici desperarent, statim Illustrissima Ducalis Dominatio pecuniam omnem, qua pulchrius aliud, augustiusque construeretur, ex publico eius ærario depromendam Senatus consulto decreuit. Cuius tantæ largitionis immortale beneficium huic ornatissimæ insculpi tabulæ voluit, aureisque literarum monumentis sempiternæ mandari memoriæ.

Sub porticu eiusdem vulgò della Scauezzata.

2 *Comi natus Rusconum de gente Ioannes*
Nobilis, & strenuus Paduam *tunc forte regebat,*
Cum fuit istud opus vltra specularia factum,
Annis mille decem lapsis, nouemq; ducentis.

In sigillo Patauino sub forma antiquæ Vrbis.
In Museo Nob. Com. Ioannes de Lazara modò reperto.

3 Muso, Mons, Athesis, Mare certos dant mihi fines.

In eodem Palatio ad dexteram est Lapis eminens.

4 Lapis vituperij, & cessionis bonorum.

In Tumba Liuiana.

5 Anno Christi M. CCCC. XIII. TITI LIVII ossa in plumbea capsula ad D. Justinæ ædem fuerunt reperta, & insigni pompa in forum Iudiciorum ad Occidentalem partem reposita cum effigie eiusdem ænea, & inscriptione T. Liuij T. F. quartæ I. Italijs Concordialis patrui sibi, & suis omnibus T. Liuius quarto Imp. Cæsaris anno vitam excessit ætatis suæ LXXVI.

Sub veteri statua in antiquo lapide.

6 *Ossa tuumq; caput ciues tibi maxime Liui,*
Prompto animo hic omnes composuere tui.
Tu famam æternam Romæ patriæq; dedisti,
Hinc oriens, illi fortia facta canens.
At tibi dat patria hæc, & si maiora liceret,
Hoc stares totus aureus ipse ossa.

Ad tumulum, in quo ipsa ossa.

7 Ossa Titi Liuij Patauini vnius omnium mortalium iudicio digni, cuius prope inuicto calamo inuicti populi Rom. res gestæ conscriberentur Anno M. D. XLVIII.

8 Inclyto ALPHONSO Arragonum Regi studiorum fautori, Reip. Venetæ fœderato, Antonio Panormita Poëta legato suo orante, & Matthæo Victurio huius Vrbis Prætore constantissimè intercedente ex Historiarum parentis Titi Liuij ossibus, quæ

quæ hoc tumulo conduntur, brachium Patauini ciues in munus concessere. Anno Christi M.CCCC.LI. XIIII. Cal. Sept.

In Prætorio Patauino, sub noua Titi Liuij statua.

9 Titus Liuius Patauinus, historicorum Latini nominis facilè princeps, cuius doctrinam & lacteam eloquentiam ætas illa, quæ virtute pariter ac eruditione florebat, adeò admirata est, vt multi Romam non vt vrbem rerum pulcherrimam, aut vrbis & orbis Dominum Octauianum, sed vt hunc virum inuiserent audirentq; à Gadibus profecti sint, hic res omnes, quas popul. Rom. pace belloq; gessit, quatuordecim decadibus mira styli facilitate complexus sibi, ac patriæ gloriam peperit sempiternã. *Libro quem manu tenet, inscriptum est*: Paruus ignis magnum sæpe suscitat incendium: Excessit è vita IIII. Tiberij Cæsaris anno ætatis verò suæ LXVI.

Ibidem.

10 PETRVS Aponus Pat. Philosophiæ Medicinæq; scientiss. ob idq; conciliatoris nomen adeptus, Astrologiæ verò adeò peritus, vt in Magiæ suspicionem inciderit, falsòq; de hæresi postulatus absolutus fuit.

11 PAVLVS Patauinus Iurisconsultorum clariss. huius nostræ vrbis decus æternum, Alexandri Mammeæ temporibus floruit, ad Præturam, Præfecturam, Consulatumq; euectus, cuiusq; sapientiam tanti fecit Iustinianus Imp. vt nulla ciuilis iuris particula huius legibus decoretur, qui splendore famæ immortalis, oculis posteritatis admirandus, insigni imagine hac meritò decoratur.

12 ALBERTVS Patauinus Heremitanæ Religionis splendor, continentissimæ vitæ, sumpta Parisijs infula magistrali, in Theologia

logia tantum profecit, vt Paulum, Moysen, Euangelia, ac libros Sententiarum laudatissimè exposuerit. Facundissimus ea ætate concionator immortali memoriæ optimo iure datur.

ΙΣΩ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΕΙ ΝΟΕΕΙΝ, ΚΙΚΕΡΩΝΙ ΤΕ ΕΙΡΕΙΝ.

13 SPERONO SPERONIO sapientissimo, eloquentissimo, Optimo, & Viro, & Ciui.
Virtutem, meritaque acta vita, sapientiam,
Eloquentiam declarant scripta.
Publico decreto Vrbis quatuor viri P.
Anno à Christo nato M.D.XCIV.
Ab Vrbe verò condita MM dij XII.

In Carcere Prætoris.

14 Noxiorum locum incendio absumptum, flammis repressis jam in maximum forum vrbis decus sæuientibus, Francisc. Venerius, & Ludouic. Falettus Eq. præf. opt. instauran. curarũt M.D.XXXVIII.

Ante ædes Præfecti.

15 Quod Hispanorum belli tempore BARTHOL. Liuianus Imp. & Dominicus Contarenus Præt. & leg. exercitus vrbem Patauium nouis mœnibus, & propugnaculis & fossa cingere vtrisq; procurantib. cœpissent, idem Dominicus insigne arborum vna poni curauit.

Ibidem.

16 PETRVS Balbus præfectus M.D.VII. Prætor gratiss. M.D.IX. Classis præfectus designatus Padua obsidione liberata.

ERMO-

In Aula Prætoria, sub stemmatibus Elogia.

17 HERMOLAO Zane Præt. singularis in Iur. studiosos benignitatis Ber. Gaio Synd. & Consil. Iurist. vnanim. P. M. DC. VIII.

Vniuersitas Iuristarum. Bernardus Gaio Syndicus.

18 ERMOLAO Zane Prætori desideratiss. Germanorum mœcenati gratitudinis æternitate Nationis vtraq; facultas vouit. Consiliarijs Georgio Frederico à Rammingen, & Christophoro Bauaro Sil. An. M.DC.VIII. Mens. Feb.

Georgius Fridericus à Rammingen Consiliarius Iuristarum.

Christophorus Bavarius Silesius, & Consiliarius Artistarum.

19

GEORGIVS Cornelius Præt. Iustitia, Prudentia, Benignitas Regia omnia, Vniuersitas Iuristarum. Anno M DC XVI

20 D.O.M. GEORGIO Cornelio Prætori, pio iusto, prouido ac clement. Bernardus Arnaldus Vic. Al. Vn. DD. Artist. Synd. nec non Consiliarij poni cur. M. DC. XVI.

21 JVLIO Contareno Prætori viro omnium virtutum maiest. sublimi Iuris asylo, Æquit. vindici diuoti animi nunquam intermoriturum monumentum studiosa Legum iuuentus B. M. P. Galeat. Angusciola Syndico M. DC. XXIII.

Hieronymus Borsellus Vicent. Hyppolitus Sãctacrucius Rom.

22 JVLIO Contareno Prætori sedulitate, alacritate, solertia, ad regendum nato Vniu. Artist. M. D. XXIII.

Boui. Vand. A A. Delph. Homan. Sindicus

Alex. Ciconea Cremensis Ph. & Med. Doctor

Hector Ianuarius Vicentinus.

23 *En tibi pro meritis Prætori maxime NANI*
Iuristæ statuunt hæc monumenta tuis.
Conspicuus populi hac vt recolaris in æde
Nomina posteritas vt memoretq; tua.
Vni. Iur. P. anno XIX.
D. Taffello Taffello D. Veron. Synd. & D. Marci Equite
sic iubente.

---

24 ANTONIO Bragadeno summæ integritatis, Iustitiæ, & Pietatis Prætori Patauino de tota Iuristarum Vniuersitate benemerito Diotaleuius Boncius Vrbinas I.V.D. & Consiliarius, delegato sibi munere, perennam hanc gratæ voluntatis significationem extare voluit anno Dñi M. DC. XX.
Galeatius Ferramusca Vicent. Iacobus Fugatia Panormitanus.

---

25 OCTAVIANO Bono optimo, & Equiti & Prætori inter doctos justos pios Heroes doctissimo Iustissimo pijssimo obseruantiæ ergo Vniuersitas Iuristarum P.
Jo. Franc. Ghillono Vicentino Syndico M. DC. XXII.
Marca Anconitana Galeatius Angussola Vicentinus
Marca Taruisina Stephanus de Nigris Vicentinus.

---

26 PETRO LANDO Præt. An. CIↃ IↃ XX.
Iterum Sen. iussu An. CIↃ IↃ XXXIV.
De inde Ven. Principi insignia ornanda, & restit. cur.

---

27 ANTONIO LANDO Prætori,
Ob paternum Gymnasij regimen
Vniuers. Jur. anno Dñi M. DC. VI.
Marco Capra Vicentino Vicario
Io. Baptista Codatio Laudensi Syndico.

HIE-

28 HIERONYMO LANDO
Antonij D. Marci Proc. Filio Eq.
Et Præt. integerrimo
Laudatiſs. in adminiſtrandaq;
Iuſtitia nemini ſecundo
Æter. memor. ergo
Vniuerſ. Iur.
P. C. Joanne Meliſſeno Cretenſe Synd.
M. DC. XXVII.

29 HIERONYMO LANDO Eq. Senatori ampliſs.
Prætori integerrimo, quod priuilegia
Sarta tecta conſeruauerit profeſs.
Ornauerit, ſcholaſticos fouerit,
Artiſt. Vniuerſ. patrono, an patri
Incertum poni decreuit M. DC. XXVII.
Petro Boſſio Berg. I.V.D. Synd.

30 BENEDICTO Juſtiniano Prætori optimo, & clementiſs. ob ſummam erga Scholares benignitatẽ Vniuerſitas Iur. P. C. Dominico Ferrario Lendenarienſi Equite, & Prorectore ſic annuente anno Dñi M. DC. XXX.

31 ZACCARIÆ Sagredo Prætori, ac protectori opt. m. Vniuerſitas Artiſtarum corda magis quàm ſaxa D. Io. Petro Antonini Rhæto Syndico anno Dñi M. DC. XXXIV.

32 FRANCISCO Piſano Præt. Vrbis, & Orbis Patrum, & Patriæ ſplendori Vniuerſitatis atrociſs. peſte quaſi extinctæ reſtitutori Themadis alumni meritorum, & munificentiæ memores Prorect. Dionæo Albano.

Robertus Bodius Scotus Abredonēſis Ph.& Med.Doct.Aſſeſ. Paulus Dōtt us Caſtrofrancienſis Conſiliarius Rom. Aſſeſſor.

---

33 DIIS Libertatis ALOYSIO Foſcareno Senatori verè libero, ſapientiſſima cuius probitas virtutibus omnibus ancillantibus Præturam famā æternitatem auxit, euexit, æquauit Aſtreæ candidati certatim, Illuſtriſs. D. Com. Germanico ab Angarano Vicentino Prorectore Syndico M.DC.XLV.
Carolus Von Holten Gedanen. Prutenus P.T.I.N.G.I. Conſ. Aſſeſſor. Gregorius Calcina Iadenſis P.T. Pedemontanæ nat. Conſ. Aſſeſſor.

---

34 ALOYSIO Foſcareno magni patris exemplo, ſpectatæ pietatis, juſtitiæq; vice Prætori optimo Phil. Med. ac Theol. in Gymnaſio Pat. cœtus tutelæ memor Proſyndico VVeinero Ladinges Bremenſe, & Nat. Germ. Conſiliario P. C.
Anno Xpi M.DC.XLVI.
Angelus Barberius P.T. Almæ Vniuerſ. Pat. & Anatomiæ Cōſiliarius Veronenſis. VVolradt Huxholtz Lip. VVeſt. P.T. Almæ Vniuerſ. Pat. & Anatomiæ Conſiliarius.

---

35 THOMÆ Contareno Iop. Com. Eq. Patauijq; Præt. opt. & patri pauperum vigilantiſſimo populus Vniuerſus deuinctiſſimus P. An. Dñi M.DC.VIII.

---

36 THOMÆ Contareno Equiti Com. Ioppes Præt. Pat. integerrimo optimo fauitori literarum Mecenati, literatorum protectori Germanorum hoc gratitudinis monumentum Natio Germana Iuridicæ facultatis F.F. anno à nato Chriſto M.DC.IX. Menſe Auguſti Conſiliarijs Franc. Andrea à Schayr deceſſore, Ioan Bernardo Amencingen ſucceſ.

AN.

37 ANDREAS Vendrameno, qui Prætura functis omni munere maior Nationum studia Heroicis artibus ad sui venerationem pellexit, mãcipauit, Vniuersa Iuristarum vota Carolo Benzonio Patrit. Romano Synd. Prorect. meritiss. MDCXXXIX.

---

38 ANDREÆ Vendrameno Herculi Musageti Artium, & Disciplinarum conseruatori beneficentissimo facilitatis, ac clementiæ summo sapientiæ, atq; Hygiæ sacris operata pubes corpora & animas H.M. Religiosissimè addicit M. DC. XXXIX.

---

39 BERNARDO Polani Prætori graui, comitate inclyto, & bonarum Artium propagatori munificentissimo Vniuersa Iuristarũ vota Syndico, Prorectore Henrico Lẽdesaio Nob. Scoto Anno Dñi M. DC. XLI.

Gaspar Rota Cremensis Raymundus Imhoff P.A.

---

40 VINCENTIVS CAPELLO

Decennium post Præfecturam Prætor Anno pestilentiæ M. DC XXXI.

---

41 ANDREÆ Legio, cuius dijs æqua potestas solis beneficijs stetit, maluitq; mortales rubore suffundi, quàm sanguine atq illac currere lachrymas iussit quà cruor iturus erat non minus Legum quàm Legij iuuentus studiosa molliter, & liberaliter habita parenti opt. & indulgentiss. P. Christiano Brun Dano & Syndico, & Prorectore M. DC. XLIII.

---

42 ANDREÆ Legio Prætori benefico, & salutari, à quo nemo vnquam tristis discessit, sapientiæ, ac Medicæ Artis cultores patrono B.M. P.P.

Vitus Federicus L.B.S. Moscon Consil. Alemanus Assessor.

Augustinus Taiardinus Brixiensis Assessor.

NATA-

43 NATALI Donato Prætori iustissimo
Collegium Notariorum D.
Anno M. D. LXXXIV.

44 MATTHÆVS Viturio Prætor
M. CCCC. XLII.

45 BENEDICTVS Victurio Prætor
M. CCCC. LVI.

46 JO. BAPTISTA Victurio Prætor
M. D. LII.

47 MATTHÆVS Victurio Prætor M. CCCC. LII.
postea Procurator Diui Marci.

Supra Ostium

48 OFFICIVM MALEFICIORVM huc translatum
IO. BAPTISTA VICTVRIO
M. D. XCII.

Ponè Cancellariam Communis.

49 MARCO Bragadeno magn. M. Ant. filio magnificentia, & magnanimitate nihil degeneri Vniuers. Iur. Con. Franc. Thienæo Vic. Syndico P. M.DC.XII.

Sub statua.

50 ZACHARIÆ Sagredo, qui mira omnium virtutum serie Iure annona securitate vrbem hanc auxit, & beauit, olim Præfecto nunc Prætori semper beneficentiss. æternum optando DD. DD. M.DC.XXXVI.

AN-

51 ANDREÆ Vendrameni Nic. D. Marci Proc. F. sacrum venerabile nomen Venetæ majestatis par titulis omnibus majus extare hic Decuriones voluerunt, singularis æquitatis, & mansuetudinis monumentum, sicut ingentia in vrbem promerita animis omnium ad æternitatem impressa sunt.

Sub statua.

52 LAVRENTIO DELPHINO Prætori, quod vbere annona anni sequentis iniurias discusserit miro severitatis, ac mansuetudinis temperamento labentem morum disciplinam sustinuerit. demum ad Trium Insularum regimen euocatus plus præstiterit quàm pollicitus sit Vrbis decreto

Qui honos antea nemini contigit quatuor viri P.C.

M.DC.IIL.

Supra Ostium Salutis.

53 TABVLARIVM VALETVDINI PROCVRANDÆ Opus absoluerunt Franciscus à Sole, Antonius Barisonus, Jacobus Zabarella, Octonellus Discalcius, & Dominicus de Lazara Prouisores Anno M. DC. XXII.

Sub atrio Comitiorum.

54 ZACHARIÆ Sagredo Præfecto omniũ virtutũ per orbem insigni æquitate, atq; eximia humanitate complexo egregia suauitate morum in omnes, & sigillatim in primariam vtilitatem latè conspicuo, Quatuor Viri publico Ciuium decreto monumentum grati animi foro ab eodem in contestationem propensæ in vrbem voluntatis lateritio pauimento constructo ad posteritatis memoriam posuere.

M. DC. XXIII.

Credi-

55 Creditorum securitati Pignoribus seruandis curarunt
VRSATVS VRSATVS Eques
HECTOR TRIVISANVS
M. DC. XXXIII.

In maiori Platea Palatij Prefecti.

56 Reip. genio, vrbis ornamento, successorum, vsui illæsa antecessorum memoria ANT. PRIOLO Præf. à solo extruxit.

57 Fori frontem æquans habitationi spectaculo maiorum, memoriæ vrbis decori STEPHANVS VIARO Præfectus restituit
Anno Dñi M. DC. V.

Supra ostium splendidum turris Horologij extat memoria DVCIS STENNI, inferiùs ibidem.

58 Senatus Venetus ANDREA GRITTI Principe
Joanne Baduario Doct. & Eq. Prætore
Joanne Mauro Præfecto integer. M. D. XXXII.

Propè Horologium.

59 ALOYSIVS Corradinus Decurio opus prob.
Anno ab V.C. MM. D. CC. XXXIII.

In Aula Præfectitia.

60 PETRO Mauroceno Paduæ Præfecto
In perpetuum grati animi pignus
Bombarderij Pataui P. Anno M. DC. XI.

61 ZACCHARIÆ Sagredo Præfecto,
Cuius virtutes ac merita
Æquarunt pauci, superauit nemo,
Milites Bomb. patrono optimo
Mer. anno M. DC. XXIII.

SYL-

62 SYLVESTRO Valerio Patauij Pref. Prudentia, Iustitia, animi Magnitudine, Heroicarum virtutũ splendore nulli Antecessorum secundo, qui Præfectura decedens vniuersos Patavinorum animos æternis charitatis vinculis constrictos tanquam in triũpho secũ adduxit, Bernardinus Pignata seruus deuinctissimus hoc exiguum grati animi, & ingentium obligationũ suarũ monumentum Domino, & Patrono incomparabili, ac de se optimè merito P.C.

63 SYLVESTRO Valerio, quem Heroica virtus, & honor Patauæ Præfecturæ summa integritate gestæ in eadem Familia continuaretur Maximo Fratri successorem dedit, Vniuersitatis Juristarum protectori ac patrono optimè merito Galeat. Feramusca Syndicus ex eiusdem Vniuersitatis decreto hoc grati animi perpetuæq; obseruantiæ monumentum posuit

M.DC. XXI.

64 VINCENTII Gussoni Equitis, & Præfecti perennaturæ, & nunquam intermoriturae memoriæ M.DC.XXVI.

65 HIERONYMO Delphino Pat. Cons. qui post varia regimina tandem Paduæ præfectitio munere Aloysij progenitoris vestigium passim æmulatus humanitate, probitate, clementia ad faustitatem temporis curriculum retraxit, hoc marmoreum opus Vniuers. Artist. ex animi voto promerito obtulit, VVarnero Ladinges Incl. Nat. German. Artist. Consiliario Syndici vices gerente Anno M.DC.XLV.

66 CRISTOPHORVS de Canali Paduæ Præfectus

M.D.XXIX.

67 VINCENTIVS Gradonico Eques Paduæ Præfectus

M.D.XCIII.

PETRVS MARCELLVS PRÆFECTVS

68 *Egregias inter laudes decorauit honeſtè*
Has ſuperans ædes gloria decus erit.

M. D. LXXXVII.

In periſtilio.

M D IV.

69 PAVLO Triuiſano à Tricia Equite Præfecto, Iuſtitiæ Ciuis, pietatis pauper, honeſtæ virtutis, dixit docta caterua patrem.

70 ANDREAS V. Præfectns, Aui, patris, & patruum, cæt.q; maiorum veſtigia imitari conatus ſignum poſuit M. D. I.

71 ZACHARIAS Delphino Præfectus Pat. Bello laborante in ipſo hoſtium incurſu, animi magnitudine adductus, magiſtratum alacriter ingreſſus, mox accedens collega Petrus Balbi cunctæ ciuitati veluti duo lumina fulſerunt, ſub eorumq; accuratiſſima adminiſtratione diſcuſſis, ac feliciter fugatis tenebris, quibus Vrbs præmebatur confederati exercitus Pontificis, Imperatoris, Regis Gallorum, & Hyſpanienſium Ciuitas acerrima obſidione liberata eſt. M.D. IX.

Iuncta vides vno Rectorum inſignia nexu
Sic quoque concordi mente fuere pares.

72 *Omnia fert ætas, quid pingere nomina prodeſt*
Hic mos ſeruatur priſco laudatur ab æuo,
Hæc quoque DOMINICVS veterum de more MARINVS
Ciuibus Euganeis abiens ſua ſigna dicauit.

M. C. D. XCVII.

73 PETRVS Maurocenus Danielis F. Præfectus, Proaui, & Aui, alteriuſq; Petri Mauroceni Pataui Præf. memoriam, tametſi nunquam emortuam neque emorituram, his tamen inſignibus ſuæ in eos pietatis, & obſeruantiæ ergo excitauit.

M. DC. XI.

PE-

---

74 PETRI Duodo Eq. Francisci Proc. filij Præt. maiorum virtutem Patauina Prætura, & Præfectura clarissima posteritatis mem. commendauit M. DC. VIII.

---

75 MOCENICÆ Familiæ Patauij Rectorum monumenta Leonardus Mocenicus M. Antonij F. Præfectus gentilium consanguineorumq; suorum memoriæ P. M. DC.

---

76 *Stemma SEBASTIANI spectas Baduariæ prolis*
Quod certi at recti plurima signa latent
Munera militiæ, sophiam, moresq; Catonis
Non paries cuncti pectori fixa tenent.
M. C. D X. C.

---

77 JVLIANO Gradonico ob iustitiam, & integritatem Vrbis Præf. M. D. XVIII.

---

78 ANTONIO Barbaro Capitaneo dotibus egregijs fulgentissimo, gloria honoreq; Illustrissimo, legum, militiæ, nec nõ omnis prudentiæ Quirinalis, rerumq; sapientissimo. Ter magno Viro, apprime Bombarderiorum cætus deuictus erexit
M. DC. XIV.

---

79 HIERONYM. Capello Præf. prudentiæ, iustitiæ, & animi magnitudinis laudibus cumulatissimum, militiæ fautorem liberalissimum oculisq; posteritatis admirandum hoc insigni monumento Bombarderij magnis illius meritis deuincti decorarũt Anno Dñi M. DC. XIII.

Sub Podiolo Præfecti.

80 Dñs MARSILIVS natus Jacobi Carraria Dñs Paduæ.
Dñs Marsilius primus Dominus Paduæ.

Dominus Nicolaus de Carraria secundus Dominus Paduani districtus, & nunc Paduæ.
Dominus Marsilius de Carraria II. Dominus Paduæ.
Dominus Vbertinus de Carraria III. Dominus Paduæ.
Dominus Marsilietus Papafaua de Carraria IV. Dn̄s Paduæ.
Jacobus de Carraria V. Dominus Paduæ.
D. Jacobinus de Carraria VI. Dominus Paduæ.

---

81 *Inscriptio Bibliothecæ.*

Η ΟΠΛΟΘΗΚΗ ΤΗΣ ΑΘΗΝΑΣ

Quæ ex S. C. ad ædem D. Mar. Magdal. primùm
posita { FRANC. Mauroceno D. M. p. / HIER. Cornel. Eq. & D. M. p. / & DOMINICO Molino } R. L. III. Vir.
VINCENTIO Capello Præt. & PETRO Sagredo P. V.
Vt in hanc basilicam redigeretur
Successit Aloys. Valaress. Eq. P. V.
Franc. Mauroc. D. M. P.
Hier. Cornel. Eq. & D. M. P.
& Petrus Foscarenus
Auctores facti.
M. DC. XXXII. Kal. Octob.
Franc. Pisano Prætore
Aloys. Valaress. Eq. P. V.

---

82 SENATVS VENETVS
Musis Euganeis
An. Dn̄i M. DC. XXXII.
Francisco Ericio Duce.

Supra

Supra Portam.

83 Immortalibus meritis
ALOYSII Valaressi Equitis splendidissimi
Qui sæuissima Pestilentia Italiam peruastante
Vrbi agroq; Patauino ab estrema Pernicie vendicandis
Præfectus
Quocumque omnia perlustrante vel læuis suspicio
Pertraxit pio Principis optimi Patrisq; communis
Perfunctus officio
Non ante abstitit quàm exitiabilis morbi
Resurgentes passim Flammas prorsus oppressit
Seruatæ Vrbis XVI. viralis & X. viralis Magistratus
Exiguum grati animi monumentum
Dicat & consecrat
Anno humanæ Redemptionis M. DC. XXXII.

Supra ostium Episcopatus sub simulacris Henrici, & Bertæ Reginæ.

84 BERTHA REGINA, HENRICVS IIII. REX.
JACOBVS Zeno Pat. Pontifex An. Sal. M.CCCC.LXXVII.

Supra scalam.

85 M.CCCC.IX. Dominus PAGANVS della Torre de Mediolano Episc. Paduanus fecit fieri hoc palatium.

In pariete Meridionali.

86 JACOBI Zeni Patauini Pontificis opera atq; impensa omni ex parte illustratum auctum ornatumq;.

In domo Archipresbiteri in atrio superiori.

87 ANGELVS Lippomanus Venetus Archipresbyter Patauinus Leonis X. Pont. Max. à cubiculo intimus has ædes suæ, & suc-

ſucceſſorum commoditati à fundamentis erexit, maiorũ quoq; memoriam temporis iniuria penè extinctam haud minore ſtudio quàm pietate, vt cernitis, excitauit à Chriſti Nat.
M. D. XXXVII.

Inſcriptiones Pontium.

88 ZACCARIÆ Barbaro Eq. Franciſci Oratoris fil. Præt. ac Præf. Pons e ſublicio lapide reſtitutus.

S. Benedicti.

89 *Debes Viator munus hoc viciniæ,*
Quod ære Pontem extruxit hunc labens ſuo,
Breuis pateret vt tibi in forum via.
M. D. LII.
Fauentibus M. Antonio Venerio D. Chriſtophori F. Prætore. Franciſco Contareno Zachariæ filio Præfecto.

In Columna Pontis Tadorum.

90 Hic Pons Communis Paduæ factus eſt per Commune Pad. & completus An. M. CCC. Poteſtate nobili milite Dño Nicola de Circlis de Florentia.

Pediculoſi.

91 MAPHÆO Contareno Prætori, Jacobo Marcello Præf. conſtantiſſimis Pontis huius reſtitutoribus Ciuitas non ingrata dicauit M. CCCC. LXXXI.

In vicino Ponte.

92 HERMOLAO Donato Prætore integ. M. D. XVI. Hieronym. Piſaur. Præf. Benedicti Procuratoris fil. M. D. XVI.

S. Leo-

S. Leonardi.

93 BERNARDO Iustiniano Leonardi Oratoris filio restitutus M.CCC.LXVII. Pons hic refectus Ioanne Gradonico Præt. M. CCCC.LXVIII. die Madij.

Pontis Curui

94 HERMOLAi Donato Prætoris æquissimi, munificentissimiq; vigilijs pariter, & solertia M. D. XVII.

Altera ex parte.

95 IVLIANVS Gradonico Paduæ Præfectus solertissimus, ne quid antiquitati, Pontisue dignitati deesset has sedes, hæc ornamenta bellorum iniuria pridem dirupta, restituit. Anno Sal. M. D. XVII.

Sanctæ Mariæ in Vantio.

96 Prætore CHRISTOPHORO Duodo, THOMA Lippomano Vrbis Præfecto An. Sal. M. CCCC. LXXXVIIII.

S. Augustini.

97 De Ligneo à fundamentis summa celeritate factus.
IOANNE Baduario Doct. & Eq. Præt.
MAVRO vrbis Præf. An. Sal. M. D. XXXII.

Caudæ Longæ.

98 PETRO Marcello Prætore, ANDREA Magno Præf.

Pontis ibidem.

HERMOLAO Barbaro Prætore, Ioanne Capello Præfecto.
M. D. XLIX.

Ad

Ad portam Portelli.

99 Hanc antiquissimam vrbem literarum omnium asylum, cuius agrum fertilitatis fumen natura esse voluit, Antenor condidit anno ante Christum natum M. C. XVIII. Senatus autem Venetus his belli propugnaculis ornauit, Anno à Christi aduentu M D XVIII. *Ex alio latere.*

LEONARDO Lauredano Duce Venetorum inuictissimo, cuius Principatus varias vices fortunæ excipiens, fortiter quàm gloriosè superauit Anno Christi M. D. XVIII.

In porta Torrisella.

100 *Vrbe Placentina Iacobus vir nobilis ortus*
Antithei generis, merito Patauina potestas
Mille ducenta decem Christo post sæcula nato
Muris & porta Paduam decorauit ab Austro.
Vos Antenoridæ si tuti vultis ab hoste
Esse foris, miro pax vos liget intus amore,
Arboreis frustra petitur sub frondibus vmbra
Interius morbus si viscera tentet acubus
Ne pereant igitur labor atq; impendia muri
Consilium vatis nostri seruate Ioannis.

Ad Molendina Nobilium de Campolongis ibidem.

M. CC. XVII. fù fatto sti Mulini.

Ad portam Liuianam vulgo di Ponte Coruo.

101 IVLIANVS Gradonico Præfectus M. D. XVI.
L I V I A N A.

S. *Ioannis.*

102 SANCTI Contareni Steph. F. huius Vrbis Præf. studio, & diligentia opus hoc, & incœptum & absolutum.

S. *Cru-*

S. Crucis in pariete.

103 SANCTÆ CRVCIS

HERMOLAI Donati Prætoris, & HIERONYMI Pisauri Benedicti Procuratoris filij Præfecti, & PETRI Venerio Prouisoris studio, ac solertia inexpugnabilis reddita, & hoc Illustrissimi Senatus Veneti decreto M. D. XVI.

Supra portam exterius.

JVLIANVS Gradonico Præfectus MDXVII.

Intus, & extra.

SANCTÆ CRVCIS.

In libro Leonis D. Marci.

IVSTITIÆ, AC PIETATIS MEMORES.

Sauonarolæ.

104 JOANNES MARIA Falconetus Veronensis Architectus fecit.

Ad Gymnasium.

105 GYMNASIVM OMNIVM DISCIPLINARVM Princip. PASCH. Ciconia, Præsidibus Joanne Superantio Eq. & Federico Sanuto, Reformatoribus Jo. Franc. Priolo Doctore, Zacharia Sagredo, Leonardo Donato Eq. Instauratum Anno M. D. XCI.

In suprema Palatij contignatione.

106 Sic ingredere, vt teipso quotidie Doctior. Sic egredere, vt in dies patriæ, Christianæq; Reipublicæ vtilior euadas. Ita demum Gymnasium à te feliciter ornatum existimabit, JOANNES Cornelius Prætor, & ANTONIVS Priolus Præfectus Anno Salutis M. DC.

Supra Theatri Anatomici ostium.

107 Theatrum Anatomicum JVSTO Iustiniano Prætore, Nicolao Gussono Præfecto, Ioanne Superantio Equite, Leone Donato Eq. & D. M. Proc. Marino Grimano Eq. & D. M. Proc. Gymnasij Moderatoribus.

HIERONYMO Fabricio ab Aquapendente XXX. jam Annos, Anatomiæ Professore.

Ad domum fullonicæ artis vulgò Garzaria.

108 ALOYSIVS Corradinus Herculis filius Collegio nostro præfectus, iterum eiusdem patronus perpetuò iurisdictionem protexit, Iura propagauit fullonicæ antea vogæ domum stratam officinas instructas, aquam perennem attribuit.

In Xenodochio S. Francisci circa Puteum.

M. CCCC XXVIII.

109 *Delubra, quem scitus de Villa BARTHOLOMÆVS*
Elicant Paduæ vicenas ter quoque libras
Scemate secentas . . . . hoc de pacis honeste
Atorculari rebus, que pace quiescat.

Ibidem.

110 ALOYSIO Corradino Collegij I.C. Præside, & BERNARDO Scardeonio Hospitalis Oeconomo hæ scalæ structæ sunt.

111 *Supra ostium Horti Medici.*

TRIVM VIRI LITTERARII.

I. Portam hanc Decumanam ne pulsato ante diem MARCI Euangelistæ ante horam vigesimam secundam.

II. Per

II. Per Decumanam ingressus extra decumanam ne declinato.
III. In viridario scapum ne confringito, neve florem decerpito, ne semen, fructumve sustollito, radicem ne effodito.
IV. Stirpem pusillam, succrescentem que ne attrectato, neve areolam conculcato, transilitove.
V. Viridarij iniuria non afficiuntor.
VI. Nihil inuito Præfecto attentato.
VII. Qui secus faxit, ære, carcere, exilio multator.

Ad D. Antonium in ædem Vniuersitatis Iuristarum.

112 Per. JOANNES PAVLVS de Bernabuccijs Iuristarum Rector Ædes vetustate collapsas restaurauit.
M. CCCC. XLVIII.

Ad ædes Syluaticorum in atrio.

113 BENED. Syluaticus ordinario Practicæ Medicinæ Professor Primario æqualis annum agens XXXXVIII. has gentilium suorum ædes vetustate labentes reparauit, auxit, menianis coniunxit hortis amœnis fontibus, & auiarijs ornauit Ioanne Bapt. fratre primario Iuris Pontificij interprete horis matutinis Equite D. Marci Cons. ære proprio adiuuante ad Patriæ decus successorum, cōmoditatem An. Sal. M DC XXIII.

Extra sub insignibus.

114 Anno ab Vrbe condita MM D CC XXX.
A Christo nato M DC XX.

---

115 Ædes antiquæ ANTONII Turchetti Iurisconsulti restauratæ decreto Collegij Iuristarum gubernatoris Hospitalis D. Francisci hæredis Priore D. Bernardino Sperono.
M. D. XXXXI.

In splendida æde Comitis Antonij Leonij.

116 ANTONIVM Leonium è Sanguineti Comitibus ære suo hasce coemptas auxisse, & illustrasse Ædes, scitote posteri, progenitorem, auctoremq; vestrum assiduis grati animi votis colere estote memores M. DC. XLVIII.

In aula inferiori ædium Papafauæarum, propè S. Iohannem ad Naues marmoreo lapide parieti affixo sequentes notæ charactere Longobardico insculptæ ità leguntur.

117 MCCCXLV penultimo Marcij. Dñs VBERTINVS de Carraria, Quondam Domini Iacobini Dominus Generalis Ciuitatis Padue. Et tocius districtus obijt & sepultus fuit. Cum maximo honore. Et Dominus Marxilius Papafaua. Quondam Domini Albertini eleuatus fuit in dominum prædicte Ciuitatis Padue ante mortem dicti Domini Vbertini. Millesimo predicto in Pascate die dominico. V. exeunte Marcio. Et Domus incepta fuit predicto die Mercurei. Quam domum fieri fecit Dominus Nicolaus de Capozolis. Q. Domini Petri Boni. Et fouea que apelatur Scolaiza. Que incipit in capite Serenge aput Ripam Fluminis. Et vadit vsque in cornium. Facta fuit de nouo. Anno preterito de Mense Octubris. Quam foueam fieri fecit. Dominus Albertinus Gotola. Factor Domini Vbertini. Ad instantiam Dominorum Bonifacij. Et supradicti Nicolai de Capozolis.

In Castello in vrnis lapideis.

118 Anno Domini . . . .

Iussum fuit per officiales Magnifici, & potentis D. FRANCISCI de Carraria Carrigerum VII. Ducis Paduæ hanc vrnam fieri.

In

In Turre Acciolini Tiranni.

119 Pijs Carcerem aspergite lacrymis, quem maiores vestri cruore, hic ætatis, sexus, conditionis, morum nullo discrimine habito, quos ACCIOLINVS Tertius de Romano inhumaniter viuos detrusit, inedia, dolore, desperatione non nisi mortuos, atq; consumptos extraxit, inter tot innocentes Zilius, quòd incredibili feritate hoc viuentibus condidit sepulcrum, nocens mortuus est. Vestram hinc agnoscite felicitatem, qui optimum Principem nacti inuidiæ, non pietati locum reliquistis.

SEBASTIANVS Galuanus Patauinus, annona, & toto bellico apparatu à Serenis. Veneta Rep. in hac arce suæ fidei commissis, teterrimo carceri hæc ex historijs inscribenda curauit. Anno Domini. CIↃ IↃC XIIX.

Apud S. Iulianam in ædibus Nobilium de Lazara picturis vetustis, hæc cuncta leguntur.

120 DCCCC XLVIII. PIETRO Lanscier Cau. Francese di Parigi accasatosi con LAZARA Nobile Padouana Signora del Cast. di Conselue quì ferma la sua Casa cognominata DE LAZARA.

Ibidem.

Fortunato Guerriero
Che prigioniero à così bella Dama
Voli, ou' Amor per Lei t'accenna, e chiama.
Di questa Donna le bellezze conte
La fronte, gli occhi, oue si specchia Amore
Al feroce Campion rubano il core.

---

121 MARC' ANTONIO fù del Nob. Ho. Domenico de Lazara, & Antonio suo figliuolo non senza dubbio, che la presente

ſente Loggia da i Nob. della Famiglia de Porcili già fabricata, per la morte di Chiara maritata al Nob. Ho. Domenico Barbuò da Soncino vltima della predetta Famiglia auia mediante Giouanna ſua figliuola del pred. Domenico de Lazara in loro peruenuta, & dall'anted. in primogenitura co'l rimanente dell'Albergo, e ſue pertinenze ne'diſcendenti di Marc'Antonio eretta, dall'antichità ridotta all'eſtremo pericolaſſe la riſtorarono aggiuntoui il pauimento di pietra, & altri ornamenti.

M. DC. XXVIII.

In ædibus Capiuacceis in eodem vico.

122 *Annis tercentum millenis octoagenis*
Atq; vno partus diuini aſtruit ædem
Hanc ALVISIVS egregium, cui dat Paradiſus
Cognomen Patriam Patau.

---

123 *Tranſtulit huc ex antiquo monumenta Cylindro*
Sculpta Adrianus auita ſuorum marmora ſeruans.
Anno Domini M. DC. XXII.

---

124 *Non idem pulchrum ſemper, ſed pulchrius exit*
Tempore collapſum, quod reparatur opus.
Has Paradiſum Adrianus Auorum perficit ædes
Quas reguare facit poſteritatis amor.
Anno Domini M. DC. XXII.

In pariete exeriori Ædis S. Ægidij cum antiquis picturis.

125 CAROLVS Rex, PETRVS Epiſcopus Treuerenſis, ÆGIDIVS Abbas.

Supra oſtium Palatij Foſcarenorum ad Eremitanos.

126 JOANNES BAPTISTA Foſcarenus D. Marci Proc. Jacobi Equitis, ac Procuratoris filius ſeceſſu Patauino plurimum

mum delectatus has instruxit ædes solo coempto erexit ornanit. M. DC. XXV.

In Æde Bottoni.

127 ALBERTINVS Bottonus Patauinus in patrio Gymnasio Theoricæ Medicinæ interpres ordinarius suorum maiorum ædes vetustate consumptas à fundamentis restituit Anno Domini M. D. XCI.

In Domo speciosa Marci Mantuæ I.C. in arcu.

128 Id facere laus est, quod decet, non quod licet.

In basi statuæ Herculis.

129 HERCVLIS Buphiloponus bestiarius, qui tristitiam depulit omnem, peramplo hoc signo Mantuæ cura reflorescit.

Coronæ Portarum omnes præseferunt illa Virgilij ex prima Ecloga.

130 DEVS NOBIS HÆC OTIA FECIT.

Ad D. Leonardum in ædibus Nobilium de Discaltijs in porticu sub stemmate.

131 Domini OCTONELLI Iudic. de Discaltijs.

In ædibus Equitis Vrsati Vrsati ad D. Franciscum ad insignia familiæ Vrsatæ, Spilibergh, & Buzzacharinæ.

132 DECORA ALTA PARENTVM.

In domicilio inferiori.

133 ANNO CHRISTI MCCCCLXXV.

JOANNES Vrsatus Comes, & Eques Mariæ filiæ lectissimæ Francisci de LAZARA Coniugi Domum hanc in dotem dedit Vrsatus Vrsatus eiusdem stirpis Eques recuperauit, ac posterorum commodis refecit An. Dñi M. DC. XXXVIII.

In

In ædibus Io. Dom. Salæ Medici cl.

134 AN. DO. M V. VII.
FRA. SA. IV. CO. LV. FI.

In area sub statua.

135 PAGANVS Sala Patriæ vindex contra Acciolinum MCCL.

Ad Insignia Cardini Capiuacca prope pontem D. Laurentij.

136 CARDINVM hoc Insigni ob rem militarem Florentini donarunt M. C. XI.

137 CARDINVS Capouaccensis Frugerini F. has ædes vetustate, ac bello dirutas ampliando restaurauit. M. D. XXX.

Ad D. Blasium in pariete exteriori Domus Nob. de Lazara.

138 ANGELVS DE LAZARA M. DC. XXXII.

Ad D. Ioann. in ædibus Nob. de Lazara.

139 ANGELVS de Lazara Francisci Iurisconsulti fil. Ædibus comparatis instaurauit, exornauit. M. DC. XLVI.

Supra ostium Domus illorum de Ianua.

140 BONIS OMNIBVS PANDANA.

Ibidem in domibus de Candis.

141 A perpetua memoria, in vigor del Testamento del q. Illustre Sig. FRANCESCO Candi q. Antonio fatto sotto li VIII. Settembre M. DC. XLV. nel quale vien espresamente prohibito alli Heredi e successori suoi sotto pena di priuation delli suoi

ſuoi beni, che non debbino ſpoſar, ne maritarſi in donna, che non ſijdi ſangue nobile, & che nõ debbino far ſegurtà ad alcuno in alcun tempo, ne in minima quantità.

Propè Portam vulgò Coalonga.

142 Has ædes, Deo auctore, virtute duce, ſuo poſterorumq; vſui HIERONYMVS Gigas Iuriſconſultus Foro Sempronius quas elapſas coemit, reædificando refecit. M. D. LIII.

In vico S. Crucis in pariete ædium Nob. de Priolis *ſub inſignibus.*

143 LVDOVICO Priolus Hieronymi Ducis F.
Anno M D LXVIII. die XIX. Menſis Aprilis.

In veſtibulo ædium de Amatis.

D. O. M. A.

144 Quod inuictiſs. Rom. Imp. CAROLVS IIII. An. M CCC LXIII. virum Perilluſtrem eundemq; Conſiliarium eius ſecretum, ac de ſacro Rom. Imperio optimè meritum Joannem de Amatis, vniuerſoſq; deſcendentes perpetuis, & quamplurimis dignitatibus, ac priuilegijs decorauerit Ferrandus Comes, & Eq. cum ea magnificè exequi, tum hoc monumentum memoriæ gratitudinis ergo extrui curauit M D. XCII.

Carolus IIII. Imperator.

Ad Pratum Vallis in Palatio Collegij Amulij aureis literis.

145 Collegiũ Amuleũ à M. ANTONIO Cardinali Amuleo propinquorum cõmodo, ac Reip. ornamento inſtitutum Jo. Baptiſta Bernardus, M. Antonius Grittius, Auguſtinus Amuleus erexerunt.

Ad D. Antonij supra ostium Collegij Pratensis.

146 *Atria quanta vides sinuosos flexa per arcus*
Dedita diuinis Studijs, & canone sacro
Magna Comes Pratæ Pileus dedit inclytus heros
Cardine pontificum, celsos operatus honores.
Mille quadrigentos bis denos auxerat annos
Partus virgineus, cum mœnia structa quierunt.

Ad Collegium Brixianorum.

147 Collegium Nob. Brixian. Philosophiæ, & Medicinæ stud. à HIERONYMO Lamberto Patr. & Med. Brix. olim constructo, vetustate deinde collapsum Collegij Præsides restaur. curarunt Anno Dñi M. DC. XXII.

Rauennæ Collegium ad pontem Molendinum.

148 PALAZZO DEL RAVENNA.

A lateribus in bino lapide.

THOMAS RAVENNA.
VIRTVTE VIRTVTI PARTA.

In Vico Vinealium Collegia duo.

149 Coll. Tornacense à LAV. Priolo Patr. Ven. inst.
Anno M. D. XCIIII.
S. R. E. Card. creato à Clem. VIII. An. M. D. XCVII.

150 Collegium Caucum A. R. D. JACOBO Cauco Patricio Veneto Archiepiscopo Corcyrensi institutum An. M. D. LXV.

In vico S. Annæ Collegium Ciuium Montissilicis.

151 Hoc perpetuum studendi commodum ciuibus suis MATTHÆVS Carbonus è Montesilice Medicis lucris instituit.

In

In domo vicina.

152 Portam hanc adaperuit FLORIVS Floridus Patauinus Templi custos Canonicusq; Athestinus, & has Ædes iam vetustate consumptas habitantium cōmodo ære proprio instaurauit Anno M. D. LXVIII. Mense Februarij.

Propè ædem S. Andreæ in columna cum Leone lapideo.

153 M. CCCC. VIIII. Magister DANIEL fecit.

In vico Pontis Tadorum supra ostium domus Tomasinæ.

DOMINO COHONESTANDA DOMVS
PAVLVS TOMASINVS ADVOCATVS
M. DC XXXIX.

In atrio inferiori eiusdem ædis.

154 D E O V I V I T E
Serenisſ. Reip. Venetæ obsequium præstate
Omnes honorate
Nullum cuiuscunq; sortis spernite
Pro nemine fideiussione
Vos obstringite
Sic viuite
Vt Posteri vos vixisse
Intelligant.
Paulus Tomasinus I.C. filijs suis
Testamento reliquit.

Adiecta. In curia Præfecti.

155 *GEORGII Contareni Patauini Lycei protectoris optimi*
Ne parcite laudibus qui nec oculo parcitis aduenæ studiosi
Efferat cuiusq; ingenium quem stylus haud voluit
Hic maris filius instabilitati nunquam obnoxius
Quæ leges sustinebat haud poterat mens

Fluctuare
Mirum quidem
Equitatem est nactus natus æquore
Maris nihil habuit præter salem
Absoluit imperium semper dignus qui imperet
Desijt regnare non regere
Martis cessit regimini vt regnaret in animis
Quod admirata Legist. societas
Vrgente Dominico Spinola Procurat. Vigilantissimo.
M.DC.XLII.

---

156 Serenissimæ Reipublicæ Senatori Antenoris Vrbis Præf. & Academiæ procuratori GEORGIO Contareno, qui excelsos patriæ, & gentis Heroas simulatus, summa probitate, & prudentia, publicæ felicitatis auctor in omnium animis eximiæ gloriæ nunquam interitura sibi constituit monument. ob egregia erga Theolog. Philosoph. & Med. Vniuersitatem merita Philibertus Vizzanius Patrit. Bon. Prorector, & singul. Nat. Cons. pub. decr. pos. M.DC.XLII.

---

157 Reipublicæ Ven. Maiestati HIERONYMO Delphino Senatori, quo regimini præfecturæ imperante Aloysij Aui parentis sæcula ætas glor. retulit hoc æui hoc pereñi eternitatis monum. Iurisconsult. ad summum fastigium extollendum pangere consult. indicit Apollo Illustriss. D.D. Comite Germanico ab Angaranno Vicent. Prorectori meritiss. M.DC. XLV.

---

158 JOAN. ANTONIO Zeno Præf. quod inter imperij curas, & summæ fortunæ meditamenta musas respexerit Iuris cultores Iuris seruantissimo posuere Anno M. DC.XLIV.

---

159 IOANNIS ANT. Zeni Præf. constantiam, & celeritatem igne quodam voluere difficillimis temporibus Vrbi, ac Reipub. salu-

ſalutarem Philoph. ac Med. cœtus æternitati ſacrauit Theodorus Miſtachielus Prorector Anno M. DC. XLIV.

---

159 HIERONYMO Legio Præf. Sen. munificentiſs. & morum ſuauitate, & animi candore cõſpicuo iudicis ad regendum imo imperandum acto Dominicus Paradiſus Ven. ex decreto Veneti Senatus ad militaria acta Pataui j conficienda adſcriptus beneficentiſs. patrono memoriæ, ac obſeruantiæ ergo.
Anno à Dominica reparatione M. DC. XXVII.

---

160 PETRO Duodo Præf. vigilantiſs. ob rerum geſtarum magnitudinem, iuſtitiam, & ſingularem in nos beneuolentiam libratores M. DC. IX.

---

161 Ob eximiam NICOLAI Vendrameni Præfecti in Milites beneuolentiam Gottardus Gottardi Militum Bomb. Dux in caſtris beneuolentiæ, & deuotionis ergo M. DC. XVIII.

---

162 ANTONIO Priolo Præfecto vigilantiſſimo ſummæ integritatis, & ſapienti viro addictiſſima Iuriſtarum Vniuerſitas dicauit Anno M. DC.

---

163 ALOYSIO Georgio Præf. integ. ad ſtudioſorum commodum, dignitatemque tuendam atq; augendam nato Vniuerſitas Iuriſt. hoc debitæ obſeruantiæ monumentum cõſtituit patrono ſuo vigilantiſſimo Anno Dñi . . . . . .

---

164 STEPHANO Viaro Præf. vigilantiſs. literalitatem Artiſt. cultori ſtudioſorumq; omnium fautori benigniſſimo A. V. P. Joanne Auer Rectore M. DC. VI.

---

165 FRANC. Cornelio Paduæ Præf. ob pietatem in Vniuerſitatem Iuriſt. Petrus Polidorus à Monte Brãdono I.C. Rector, & Eques P.C. Anno M. D. LXXX.

IOAN-

166 IOANNI Barbadico incomparabilis probitatis præfecto Bombar. parenti optimo vnanimes P. M. DC. XXXV.

167 HIERONYMO Ciurano Præf. viro optimo milites Bombarderij P. Anno M. DC. XXXIV.

168 Hieronymo Ciurano Senatori Vrbis Præf. Ciuium amori studiosorum Apollini Vniuers. Iurist. P. C. Decio de Monte Synd. Nob. Vicent. Anno M.DC. XXXIV.

169 Hieronymo Ciurano Præf. ad imperium nato Franc. Iambono Vicent. Syndico. Io. Bapt. Sauetia Laudensi Prosynd. Vniuersitas Artist. hoc sui obsequij argumentum posuit Anno Dñi M.DC.XXXIV.

170 MAXIMVS Valerius Syluestro fratri Præfecturam consignat Anno . . . .

171 PET. Marcello Jac. Antonij Eq. Aurati, & pacis belliq; artibus ornatissimi filio, æmulatoriq; qui Rhodiginam Polynessum Reipub. adiecit, Martinengiũ strenuè seruauit cassentinartem saltũ, & Bibienã cœpit, dirã obsidionẽ pertulit, vnde Pisis libertas incolumis mãsit ab amplißs. honoribus domi forisq; indeptis à summaq; in Deum, ac patriam pietate clarissimo Pet. Præf. Patauio tantarum virtutum admiratore Gentili suo benè de Rep. merito, & alioquin propria luce fulgenti familiarem Marcellorum larem parum loculentium in foco locauit sept. Kal. Oct. M. D. LXXXVI.

172 Hæc ad Præfectos intima pænetralia infra dignitatem humilia, & vetustate labẽtia VINCENTIVS Gussonus Eques, &

Præ-

Præfectus firmatis fundamentis cubiculisq; peruio inter se vsu aperto cōcinna seriè dispostis in hanc digniorem formā redesit. Anno M. DC. XXVI.

---

173 Vincentio Gussono Equiti ob Patauinam Præfecturam illustratam,& res præclarissimè gestas applaudentibus ordinibus vniuersis milites Bomb. D.N.M.Q.E. pos. An.M.DC.XXVI.

---

174 Vincentio Gussono Equiti Præf. de scholasticis optimè merito gratæ memoriæ ergo Vniuers. Artist. Syndico Augustino Belligotto Nob. Brixien. Anno Dñi M. DC. XXVI.

---

175 HIERONYMO Delphino Præfecto verè optimo, & incomparabili mil. Bomb. posuere M. DC. XLV.

---

176 ALOYSIO Delphino Præf. patrono munificentissimo grati animi monum. Iurist. Vniuersitas pos. Vincentio Nigro Vicentino Synd. M.DC.XXV.

---

177 Viro Illustriss. & Excell. Aloysio Delphino Vrbis Præfecto omni prudentia, omnia dexteritate eximio Vniuers. Artistarum eius meritorum memor marmoreum hoc obseruantiæ monumentum Synd. Illust. Aloysio Zono Nob. Brix. P.C. M. DC. XXV.

---

178 ALOYSIO Valaresso Equiti Præf. de Gymnasio optimè merito marmore erigit, quod corde condit Vniuersitas Iurist. deuotionis aram Dioneo Albano Bergom. Proreci. M. DC. XXXII.

---

179 Aloysij Valaressi Equitis Præf. virtutem,& merita incomparabilia æuiterna memoria duratur. Milites Bomb. supra vires deuinctissimi humillimi recolunt M.DC.XXXII.

IACO-

180 JACOBO Superantio Præf. iustissimo optando memorando perpetuo Mil. Bombarderij P. M.DC.XXXVII.

181 PETRO Corrario, quem natura fecisset regem, si reges ipse non faceret. Pio magnanimo heroi Præfectura emerito Vniuersa Iurist. vota Henrico Lindesauo Nob. Scoto Syndico, & Prorect. Anno Domini M. DC. XLI.

182 Heroicæ virtuti nomini PETRI Corrarij Præf. Vniuersitas D.D. Theolog. & Philosoph. ac Med. Archigymnasij Patauini Ioan. Columbano Brixienæ Belga Prorectore P.C.
Anno Incarnati Verbi M.DC.XLI.

183 Petri Corrarij Præf. benignitati, & Maiestati Milites P.P
Anno M.DC.XLI.

184 IOANNI Barbadico Præf. optimo clementissimo si stupidus sileat orbis, Merita illius admirāda æternas referet laudes
Hic lapis
Quem Vniuersus Jurist. ordo in perenne sui obsequij testimonium volens lubens posuit Anno M.DC.XXXV.

185 IOANNI Barbadico Vrbis Patauinæ Præf. æquissimo, ob egregias in literas merita P. Artist. Vniuersitas Mense Sept.
Anno M.DC.XXXV.

186 Immortalitati MARCI Prioli Præf. iustissimi Milites Bomb.
M.DC.XXIX. P.

187 Clementiæ MARCI Prioli Præf. Vniuersitas Jurist. P. in Synd. Io. Petri Franchi patritij Veron. Prosynd. Nicolao Pone M.DC.XXIX.

Inmor-

188 Immortalitati HIERONYMI de Lege Præf. omnium optimi beneficentissimi Milites Bomb. M. DC. XXVII.

189 HIERONYMO à Lege Præf. officio perfuncto Patauio discedenti, vt latè pateat tanti patroni memoriam nunquam ex animis Iurist. Vniuers. discessuram hoc grati animi monumentum posuit eiusdem Vniuers. sub felicissimis auspicijs Perillust. & generosi D.D. Andreæ Porcelage Patricij Brix. Synd. meritissimi.

190 JOANNI BAPTISTÆ Grimano Ant. Eq. & Proc. filio post varia maritimarum rerum gesta belli, pacisq; exculta Pataui) Præfecto virtutis, iustitiæ nemini secundo, Tormentorum manualiũ Milites Paduæ deuinctissimi perpetuæ memoriæ pos. Anno à Jesu Natalibus M. DC. XXXIV.

191 GEORGIO Contareno Reipub. Mœcenati clementiæ, iustitiæ, pietatis Typo Mil. Bomb. posuere.

192 Hanc partem ædium à IOANNE Capello extructam, Zacharias Contarenus Eq. & Præf. splendidissimè ornandam curauit Præt. Thoma Mauroceno M. D. CXV.

193 Huius Augustalis humilis antea nimis, & iam obsoleti IOANNES Maripetro Præfectus auxit vestibulum, ornauit ostium, illustrauit aulam, vt respondeat Reipub. Præfecturæ, Vrbis dignitati, & illius erga Patauinos beneuolentiæ Anno humanæ Salutis M. DC. VII.

194 DOMINICO Thiepolo Serenissimæ stirpis imaginem propria virtute, & rerum gestarum gloria ad viuum referenti

facibus Domi, forisque conspicuo, mox Decemuiratus pro summo a concilijs munere in vrbe functo, inde Patauinam Præfecturam ea ingenij, & iustitiæ laude ingresso, vt optimi Prætoris partes omnes quadrimestri adimpleuerit Mil. tormentarij in delectu pro expeditionibus integerrimam eius prudentiam omnium æqualitate experti, alijsq; multis, ac maximis nominibus deuinctissimi P. M.DC.XXIX.

---

195 PETRO Sagredo Pat. Præf. difficillimis temporibus immortali cum laude, & gloria perfuncto Milites Bomb. M.DC. XXXI.

---

196 ZACHARIÆ Sagredo Pref. non minùs optimo quàm maximo, in cuius æqua, & sancta iurisdictione raram fecit mixturam cum seueritate comitas, patroni vtriusq; fori magnis meritis deuincti posuere M.DC.XXIII.

---

197 MARCVS ANT. Grimanus Pat. Prætor Anno 1552. & D. Marci Procurator 1564.

---

198 MARCVS Grimanus Patauij Præfectus Anno 1567. & D. Marci Proc. 1577.

---

199 MARINVS Grimanus Eques Patauij Præf. Anno 1587. D. Marci Procurator 1588. & Dux Venet.

---

200 IOANNES Grimanus Ant. Eq. & D.M. Procuratoris F. designatus Pat. Præf. Anno M.DC. XXXVII. inde ad Ferd. III. Cæs. Legatus eligitur.

---

201 Transitum iam humilium illustrauit ALOYSIVS Valaressus Eq. Cap. M.DC.XXXII.

GA-

202 GABRIELI Emo Præfectura, & Propretura gloriosè functo priuatim, & publicè optimè merito Milites Bomb.
Anno M.DC.XLVII.

In Bibliotheca publica.

203 BENEDICTO Syluatico Patricio Patauino Eq. Philosopho, ac Medico viro omnium artium, virtutumq; nomenclatura claro, Medicinæ peritia per Europam inclyto ad morbos longè difficillimos à Cæsare, alijsq; orbis Christiani Dynastis in certam spem salutis non semel exorato, in Patrio Gymnasio post duo supra triginta, ãnos confluẽtibus vndiq; terrarũ auditoribus stipendia feliciter confecta Primariæ Medicinæ (vt vocant) Practicæ nomẽ, titulumq; sine exemplo in exemplũ adepto acerrimo de R.P. bene merendi auitæ laudis æmulo, ob mille quadrigentos triginta quatuor Pontificios Ciuilesq; libros à maioribus ingenti sumptu conquisitos ad instruendam operatissimam hanc ingeniorum officinam ingenti erga R.P. animo Senatui oblatos monumentum hoc tãquam auspici tanti operis vt P.P. poneretur publicè decretum est.
Anno M.DC.XXXII.

Adiecta. In curia Prætoris.

204 LAVRENTIO Delphino Pad. Præt. opt. qui felici nondum peracto regimine in hac luctuosa contra Turchas tempestate ad maiorem luculentam Reipub. opem Corcyræ Præses dehinc Trium Insularum Imperator magno omine euocatus, non inops animi properauit æquitate Prætorem patrem clementia eum diù excolendum omnium clamor vocitat, Phil. ac Med. cultores ex voto P.P. M.DC.XLVII.

205 ALOYSIO Mocenico Atauis principibus edito maiorum trabeis Imperatorio fratris paludamento Laticlauium compo-

nenti, cuius nec maiestatem lenitas detriuit, nec deterruit maiestas lenitatem, quo nemo alias, Potestate auctior imperior mitior suo Ioui, sed fulmina dediscenti Philosophorum Pallas.

M. DC. XLVIII.

Extra Porticum Aurificum,
Sub insignibus Nob. de Barbaro.

206 Nemo bonis amicior. Nemo malis inimicior.

Ex Schradero.

207 C. VALERIVS FLACCVS

Patauinus, carmine Heroico labores Argonautarum decantauit, quod opus fato præuentus imperfectum inemendatumq; reliquit cum sui magno desiderio illorum temporum studiosis. Imo vel testimonij Fabij Quintiliani conquerentis, nuper in Valerio Flacco multum amissum esse. Nec tacuit M. Valerius Martialis tellurem Aponam non minus gaudere Stella Flacco, quàm suo Liuio: ad quem etiam scribens alumnum & spem Laris Antenorei appellat. Floruit sub Vespasiano, & Tito, peruenit & ad Imperium Domitiani, eo genere carminis ætatis suæ nemini secundo.

---

208 Q. ASCONIVS PÆDIANVS

Patauinus orator, in M. Tullij Ciceronis orationes scriptor egregius, quem Laurent. Valla vir doctissimus Aulo Gellio doctiorem dicere non erubuit, pleraq; alia scripsit ex testimonio virorum doctorum, quæ à studiosis linguæ Latinæ desiderantur.

---

209 L. ASINIVS STELLA

Patauinus, columbam in delicijs amicæ Iantidis Elegiaco versu defleuit, quo genere carminis adeò excelluit, vt M. Valerius

lerius Martialis ipsum Val. Catullo anteferre sit ausus, suo Epigrammate affirmans Stellam tanto maiorem Catullo, quanto passere maior est columba. Papirius etiam Statius iure sodalitij sibi iunctus elegantissimo Epithalamio suas cum Violantilla nuptias celebrauit, quibus nouem Musæ cum elegia non abfuerunt. Opus Elegiarum fatorum inuidia desideratur. Floruit temporibus Domitiani, nec de ipso aliud compertum haberi potest.

IN ÆDE S. STEPHANI.

Scardeonius vidit, & descripsit duo monumenta, quæ hodie non extant; Primum Constantini de Abano Patris Petri Aponensis Medici cl. ante portam Occidentalem.

210 CONSTANTINVS DE ABANO NOTARIVS
HIC IACET.

Alterum Antonij Lyi, seu Lidij in splendido sepulcro incisum.

211 Jurisprudentium vertici ANTONIO Lyo
Patauinorum Viro optimo.
Obijt Anno Salutis M.CC.VIII.

VIRGINVM CAPVCCINARVM.

212 LAVRA Herculana pia fœmina, quæ proximam hanc aram Diuis suis tutelaribus dicatam sacris ornamentis decorauit, & quotidiano sacrificio instruxit, hic condita.
Obijt Hydrope confecta M.DC.XLIV. XVII. Kal. Maij.

SAN-

SANCTI LVCAE.

213 M.CCC.LXXXI. in die S. Lucæ P. PAVLVS Archiepiſcopus Iſtriarum de licentia D. Raymundi Epiſcopi Paduani iſtam Eccleſiam, & altare Apoſtolorum omnium conſecrauit, & indulgentiam XII. dierum viſitantibus eam benignè conceſſit tempore Presbiteri Jacobi Rectoris eiuſdem.

---

214 LAVRENTIVS à Liuto Vxoris,
& filiæ ſepulcrum.

---

215 Sepulcrum Frataleæ Pictorum F.F.
Stephanus Bertoſ. Gaſpar à Porto Gaſtaldiones,
Baptiſta à Bullo Maſſar. M.D.LXXIII.

---

216 JO.ANT. Roſa, & filiarum oſſa
M.DC.XXXXI.

S. ANNÆ.

217 D.O.M. & D. ANNÆ ſacrum ſuo ære dicauit BENASCIVTA Cortuſia N.P. Sertorij Vrſati Eq. vxor, Vrſato Vrſato Equite curatore
Anno M.DC.XLVIII.

Sub ſtemmate Cardinalis Bonauenturæ de Peraga
in Clauſtro Heremitanorum.

218 *Sceptrum Auguſtini clara cum ſtirpe Peraga*
Cardineumq; oſtium ſtemmata pulcra tibi

Alla

Ad Sauonarolam.

219 Porta cum magna murorum parte luculentiùs refecta propugnaculumq; adiectũ,& fossæ altitudo, atq; ita addita PRIAMO Legio Patauino Præfecto, procurante ANDREA Gritto Senatus Veneti Principe M. D. XXX.

E regione Palatij Iustitiæ statua visitur opus Titiani Minij Pat. cum nota temporis.

220 M.D. LII.

E conspectu Gymnasij.

221 Has ædes ob pestem igni consumptas HERCVLIS Corradeni Rectio post lustrum vrbi,lanæq; Collegio restituit anno Domini M. D. LXXXI.

In D. Ant. sub Imagine B. V. in pariete.

222 SVMMI TONANTIS, ac D. Antonij cultor eximius Nicolaus Patauinus cognomento Crassetus inquisitor, ac castigator solertissimus hanc Christi Natiuitatem mente pia fidelis. dedicauit anno à Christi Natiuitate eiusdem M.CCCC. XCIII.

In S. Justinæ.

223 *Hic bouis effigie, fidei certissimus index*
Scriba Dei quartus, requiescit corpore LVCAS.
Qui fuit Antiochi de nomine ab vrbe vocata,
Pictoris, mediciq; noua spectabilis arte.
Tempore post multo cum Christi lege fidelis
Græcia sanctorum seruaret corpora multa.
Relliquiasq; furens Cæsar combureret almas
Impius & sacros cineres iactaret in auras.
Huius honorandum capiens tunc corpus ab vrbe

Nomi-

Nominis indiderat, cui Costantinus honorem
Vrius, hanc profugus Pataui peruenit ad vrbem,
Et sanctæ posuit Iustinæ pignus in æde.
Deniq; post Christi de sancta Virgine natum
Mille bis octennis ter centum messibus actis,
Hoc posuit tumulo corpus venerabile sacro,
Relligione nitens vir Galbertinus, amati
Augendi cultus studio memorabilis Abbas.
Gratia cui fratrem tribuit diuina poetam,
Atq; pios mores, & sacras noscere leges.
Musatosq; dedit claros cognomine ciues
Vrbis honorato Patauinæ sanguine iunctos.

Portæ Portelli inscriptio.

224 OMNIVM SANCTORVM
MARCO ANTONIO Lauredano Præfecto.

Ad Portum.

225 Accedentium, & discedentium commodo, PETRI
LANDI Præt. MARCI Barbadici Præf.
PAVLI Contareno curatoris diligentia.

In altera parte.

226 Ripam accessu diuturno, & recessu deuastatam
HIERONYMVS LANDO Eq. Præt.
HIERONYMVS de LEGE Præf. restituerunt
M.DC.XXVII.

Tantum est, quod oculorum acie assequi licuit, monumentorum: quam situ ac vetustate obliterata effugere non pauca. Romana heic studio prætermissa, ne alienam operam occuparemus. Qui in scholis autem spectantur tituli, Gymnasium Patauinum exhibebit.

FINIS.

ANIMADVERSIONES, ET NOTAE

Ad Monumenta Patauina.

PAg. 1. nu. 2. Stephani Carrariensis Episcopi Patauini tumulus Romæ in Ecclesia S. Clementis cum stemmate Carrigerum cum hac Inscriptione:

STEPHANVS DE CARRARIA *Episcopus Paduæ, & Aprosinus, & Tricaicensis hic requiescit anno Domini* 1449. die x. *Mensis Iulij. Amen.* Filius nothus D. Francisci Iunioris, defectu ætatis nominatus fuit administrator Ecclesiæ Patauinæ anno 1396, deinde Episcopus. Eius vultus marmore cælatus in reædificando Sacello nobilium de Zabarellis inuentus, apud Abb. Benedictum Leonem Comitem de Sanguineto Canonicum Patauinum asseruatur hac Inscriptione:

STEPHANI DE CARRARIA HÆC PRÆSVLIS IMAGO M CCCC II.

Pag. 2. nu. 4. Hæc familia in Numitore Grasso Anno 1604. desijt.

Nu. 5. Præsul laudatus à Scardeonio Lib. 11. de Cl. V. Sanct. & Præl. Cl. II. Pag. 108. à Cauacio in Hist. Cœnobij S. Iustinæ pag. 49. fuit filius Bernardi Maltrauersi Comitis Lucij Castri noui, Cerri, & Calaonis. Hic reuelationem diuinitus habuit de Sanctorũ Corporibus in D. Iustinę Templo recõditis. Eius Inscriptio sic supplenda: *quem exaudiat parens omnipotens, &c. regnat supernis.*

Nu. 7. Pileus Comes de Prata Cardinalis de Foroiulio anno 1360. electus Episcopus, postea Cardinalis, conditus primum in sacello S. Ioannis, postea in sublimi loco cum statua Episcopi quiescentis. Collegium is Pratense erexit, suisq; opibus ditauit. Vir militaris ingenij, de quo Ciaconius in Vrbano VI. Cauacius, & alij.

Pag. 5. nu. 9. Beneuentanus Iuris Ciuilis Professor à Pancirolo de Cl. Legum Interpretibus lib. 2. pag. 28. nominatur, & à Riccobono de Gymn. Patau.

Nu. 11. Humilis è marmore tumulus operæ vulgaris ad illius seculi consuetudinem cum simulacris prope Portam orientalem HENRICI Regis, & BERTÆ vxoris; quem sublimi loco fuisse memorat ex Scardeonio Cauacius ante quam ostium extru-

ctum. Bertham vero hic conditam ostendit ipsa Inscriptio. Non igitur Spiræ vt putant alij. Cathedralem Ecclesiam locupletarunt. Patauinis priuilegia multa, & Coniugis rogatu Carrocium in libertatis signum concessit, quem populus *Bertæ* nomine honestauit, vt autor est Rolandinus Lib. 9. cap. 2.

Nu. 12. De Nicolao Triuisano Scardeonius Lib 11. & nos in Athenis nostris, quem gentilitia stemmata diuersum indicant à Nicolao Triuisano, qui in D. Antonij Templo conditus. de quo pag. 255.

Pag. 4. nu. 14. Legendum RVBERTVS, de quo Scardeonius pag. 144.

Nu. 15. De Zilio Casali Riccobonus Gym. Patauino pag. 13. nosq; in Gymnasio Patauino, & Athenis.

Pag. 5. nu. 18. Ita legendum. *Ille vices Aquileia tui qui patris obibat.* Annus additur 1460.

Nu. 19. Hæc inscriptio pag. 10. nu. 40. emendatior est.

Nu. 20. Thienei Vitam lege To. 2. Elogiorum nostrorum, quem veterum monumentis accepimus illegitimo thoro fuisse natum.

Nu. 21. Singularis heic est Cæcorum sodalitas. nescio an & alibi colatur.

Nu. 24. Alijs dicitur BOVETINVS de BOATINIS Iuris Canonici Professor, qui successit Vberto de Buxenellis Patauino in Archipresbyteratum Patauinum anno 1300. quem anno 1321. successorem habuisse Pileum de Prata stemmata in æde Archipresbyteri gratis ostendunt, cum obierit anno 1307. ex quo quantum his titulis tribuendum depræhenditur.

Pag. 6. nu. 26. Barocius fuit eruditione, & sanctitate clarus, cui raro exemplo Senatus Venetus monumentum erexit. Testamentum eius refert Schraderus in Mom. Italicis. pag. 5.

Nu. 29. Card. Zabarellę sepulcrũ mea ætate apertũ fuit. inuenta in eo lamina hisce literis, quę asseruatur apud Co. Iacobũ Zabarellã: *Franciscus de Zabarellis Patauinus I. V. D. SS. Cosmæ, & Damiani Diaconus Cardinalis Flor. Obijt anno Domini MCCCCXVII. Die Dominica, Sanctissima & Generali Synodo Constantiæ congregata. Cuius corpus in presenti sepultura tumulatur.* Summi viri corpus integrum conspeximus, sed ex reædificartione alibi situm dissoluebatur.

Nu. 38. De Sperone qui plura velit, videat Elogium nostrum editum Tom. Primo.

Pag. 12. nu. 54. Successit Donatus Petro Marcello in Episcopatu anno 1428. Palatium Episcopale instaurauit. Studij Patauini Priuilegia

legia ab Eugenio IV. Sum. Pont. confirmari curauit. Multa pro Ecclesiæ Patauinæ splendore addidit. Ejus ætate inuenta est B. Virginis Mariæ effigies de Monteortone. Cujus nuper Historiam vulgaui.

Pag. 13. nu. 59. Marcus Antonius Martinengus Comes, nunc Episcopus Torcellanus ab Vrbano VIII. optimo ingeniorum æstimatore ob singularem animi probitatem electus.

Pag. 14. nu. 63. Memmus ære suo S. Caroli Aram extruxit.

Pag. 15. nu. 69. Peregrini Vitam peculiari libello edidi.

Pag. 18. nu. 78. Eugenius P. M. summa munificentia hanc Ecclesiam aliasque Sacras Ædes & cœnobia ornauit. De quo videantur Annales nostri S. Georgij in Alga.

Nu. 80. Antonij de Tempo, qui Petrarchæ carmina Etrusco commentario illustrauit, non longe ab hoc tumulo obliteratum spectatur sepulcrum. Familia hæc exstincta est.

Pag. 18. nu. 81. Sacellum hoc S. Ioannis Baptistæ varijs Iconibus à Iusto pictore exornatum, exstructum fuit pro Mausoleo à D. Fina Franc. Senioris Ducis VII. vxore. In medio ejus quatuor columnis rubris arca Ducis & vxoris imposita fuerunt. Ea à Clericis remota, ibidem sacri Fons lauacri fuit erectus. Ossa vero Francisci ac Finæ humi condita fuerunt intra portam. Columnis aliò translatis tabula lapidea insignis magnitudinis in ara maiori Ecclesiæ Cathedralis nostra ætate locata fuit.

Pag. 19. nu. 87. Picini olim Carabellę, quorum familia desiit in Iulia vxore Gentili de Leone Comitis de Sanguineto. eorum amplissima domus prope Pontem Molendinum habitantur hodie à Forcaduris, & Borromeis. Domus etiam ad Pontem S. Ioannis à Malfactis.

Pag. 22. nu. 98. Hujus ære è fundamento restitutum fuit Sacellum B. Virginis Nobilium de Zabarellis. Cuius ara noui operis constructa artefice Matthæo Carnerio anno 1648.

Pag. 24. nu. 2. Gerardus Busdragus Episcopus Argolicensis consecrauit hanc S. Ædem.

Nu. 5. Familia Nobilis Piorum hic desijt in duabus fœminis, quarum altera Fregosis, altera Capiuacceis matrimonio iuncta fuit.

Pag. 27. nu. 19. Agugea familia exstincta est in Ian. Paulo 1643. ejus domus erat in Vico Vinialium.

Nu. 23. Nullum huius inscriptionis vestigium.

Pag. 27. nu. 21. Ædes Vrri nobilis Cyprij jam sunt Comitum S. Bonifacij in vico S. Prosdocimi. Inscriptio VIII. pag. 173. ita legenda. Philippi Vrri Cypri. Ejus testamentum se legisse fert Nobilissimus Eques Vrsatus Vrsatus patriæ studiosissimus apud Moniales S. Annæ.

Pag. 34. nu. 26. Supra tumulum extat adhuc statua lignea. de qua in nostris Athenis non iniucunda dabimus.

Pag. 39. nu. 55. In codicillo Pauli Ramusij carmina ab ipso disposita hæc Scriba Ducis Venetum patri hæc Baptista Ioannes.
Paulo Rhamusiæ prolis Arimineo, &c.

Pag. 41. nu. 66. Hæc familia desijt in Iacobo anno 1648. interfecto. diuersa tamen fuit à veteri famila Dominorum de Consiluio.

Pag. 44. nu. 87. Verzelensis cum Hieronymo defecit anno 1648.

Pag. 45. nu. 92. Zabarellæ Iacobi Equitis filia.

Pag. 50. nu. 117. De Malicijs seculo superiori in duabus fœminis cessauit, quæ cum Malfactis, & Brasolis matrimonium contraxerant.

Nu. 119. Leg. Matthæus D. ANGELLINI de VRSIS de BONONIA. quæ inscriptio erroris plena pag. 41. nu. 65. perperam iteratur.

Nu. 120. De Cepto] Huius familiæ fuit Sibylla filia Gualperti de Cepto vxor Baldi Bonifacij. de qua pag 242. 138.

Pag. 61. nu. 181. Manfredorum Domus (auctore Io. de Nono) olim erat, vbi nunc est curia.

Pag. 66. nu. 1. IVS. DE. L. Hoc est *Iustina de Lazara* Abbatissa S. Prosdocimi, quæ obijt 1502. & Moniales huius loci ad pristinum institutum S. Benedicti reduxit.

Pag. 68. nu. 1. Pro Caccio reponatur Transalgardo, & Angelus Portenarus huius erroris causa corrigatur.

Nu. 72. Grata familia desijt anno pestilentiæ 1631.

Pag. 77. nu. 26. Sepulcrum, & Insignia sunt Nobilium de Rosellis, licet in eo conditus fuit hodie quidam de Sorgatis.

Pag. 84. nu. 20. Corrigatur Scardeonius, qui Lib. 3. pag. 289. hanc Inscriptionem in Ecclesia Eremitanorum collocat titulo Epitaphij Iustinæ Maconiæ.

Pag. 94. nu. 1. Corrigenda Inscriptio. nam B. Crescentius anno 1090. Monasterium, & Ædem S. Lucę construxit, adeoq; circa annum centesimum supra millesimum obijsse fertur.

Pag. 95. nu. 4. Pernumia familia in Ioanne adolescente 1648. esse

desijt

desijt. cuius soror iuncta est matrimonio D. Ludouico de Doctoribus.

Pag. 96. In hac etiam anno 1630. condita sine titulo Lucia de Comitibus vxor Comitis Ioannis de Lazara. Hæc est Auia D. Co. Ioannis de Lazara: cui plurimum debemus in hoc opere, dum pertinaci labore multa nobis suggessit, Vir ad literarum commoda patriæq; decora natus, qui benignè aliorum laboribus fauet.

Pag. 107. nu. 35. Ab antiquis Guidotis, qui tempore Eccellini floruerunt. Hi enim Bononia Montagnanam traducti tandem Patauium commigrarunt.

Pag. 112. nu. 3. Burleti cessarunt cum Christina vxore Iulij de Strata, Matre Vrsolinæ Speronis Speronij Coniugis: in cuius familiam bona Burletorum transierunt.

Pag. 143. nu. 5. Hanc familiam clausit Paulus Treuisus I.C. & Eques: cuius Vitam in Athenis damus.

Pag. 147. nu. 6. Frassalastra ex agilitate in hastiludijs cognomen reportauit, ceteroquin familia Capiuaccea ortus.

Pag. 148. nu. 8. Nobiles Baduarij Veneti, & Patauini ex hac familia oriuntur. Quod plurimis literarum monumentus aperte comprobatur.

Nu. 9. Solimanni in Violante vxore Francisci Papafauæ desierunt. Eorum domus ad Eremitanos.

Pag. 174. nu. 36. Ex insignibus gentilitiis dubitatur, an fuerint è priscis Bellingherijs, quorum sacellum visitur in villa Tituli.

Pag. 175. nu. 141. Saluionum familia siue de Gallina modo vacat. Splendida eius domus prope Eremitanos videtur.

Pag. 208. In hac Æde condita D. Paulina de Lazara Monialis vitæ innocentia celebris, Petro Ricordato in Historia Monastica pag. 365. auctore.

Pag. 216. nu. 24. Vetus Familia jam diu desiit, cuius quod reliquum erat nothis nostra ætate sublatum cum filijs Raphaelis. Ejus domus ad D. Bernardinum.

Pag. 224. nu. 21. Noaliũ familia nobilis exstincta est in Fuluio 1645.

Pag. 254. nu. 14. Codazi nostra memoria in Paulucio desierunt.

Pag. 236. nu. 91. Brenta exspirauit in Magdalena vxore Iosephi Buzzacharini, e quibus orta est Lucretia Co. Siluij .Bonifacij coniux.

Pag. 237. De Vallis exstincti, quorum domus ad S. Sophiam.

Pag. 261. nu. 69. De Comitibus, &c.] Mutilam dedit hanc Inscriptionem

tionem Valerius Polidorus cap. 28. de Monumentis S. Antonij; integram habet Scardeonius pag. 299 qualis adhuc in lapide videtur, ex quo huc transferendam duxi:

De Comitibus Paduæ sub vmbra ac fauore Magnifici Domini huius Vrbis generosissimi Principi Francisci de Carraria septimi Ducis Patauini, ad cuius officia atq, præcepta dudum familiares obnixe fuere sibi posteritatiq; suæ ex eorum progenie descendenti hanc dotatam struxere Capellam Sanctissimisq; Apostolis Iacobo, ac Philippo aram dedicauere Sacram MCCC LXXXII. Die XXII. Septembris.

Pag. 264. De Pace Iudice Rolandinus Lib.4 cap. 3. qui refert eius, & Iac. de Malitia domum fuisse destructam ab Eccellino.

Pag. 274. Pasini familiam hac ætate sola sustinet Angela D. Danielis de Sala coniux.

Pag. 275. nu. 130. Bulpares in Ricardo q. Ioannis filio desierunt. Opes eorum in familia Triuisana supersunt.

Pag. 290. nu. 194. Addendum heic Epitaphium Guidonis Lucij Comitis ex Scardeone pag. 30. incisum erat in Arca allabastrite pulcherrimo ferreis cancellis inclusa prope vxoris Elogium.

Hic situs est Guido Lucensis notus ab arce.
Cuius erat patriæ dedita vita suæ.
Illum nuda fides, & recti conscia virtus
Et genus & morum nobilitabat apex.
Omnia mors soluit, spirantis terminus auræ
Obstitit; Octobris bis duodena die
Complebat retinens à fœta virgine fœdus
Post decies quintum lustra ducenta nouem.

Pag. 303. nu. 12. Amadei sine heredibus bona, domo speciosissima in Vico S. Crucis relicta, ad Ciuem Patauinum Senatus consulto eligendum ex testamento transtulere.

Pag. 308. nu. 9. In amicorum gratiam hanc inscriptionem diligentissimam è veteri marmore descriptam damus. Characteres crucibus appensi annos videntur indicare. Qua de re, Deo dante, alio loco vberius.

Pag. 342. nu. 4. De Cessione Bonorum cõsulatur Statutũ Patauinum.
Nu. 7. De T. Liuij ossibus pluscula in Vita eius à me tradita repeeriuntur.

Pag. 360. nu. 100. Carmina hæc Ioanni Val de Taro Poetę sui æui celebri adscribit Rolandinus Lib. 3. cap. 11.

OMIS-

OMISSA ADDANTVR.

In Cathedrali.

BARTHOLOMÆO SANGVINACIO patricio, & Archidiacono Patauino, morum candore ac literarum ſcientia vndequaq; ſpectabili, quem diuini, humaniq; Iuris peritiſſimum vacante Epiſcopali Sede per obitum Eminentiſs. & Reuerendiſs. Petri Cardinalis Valerij Epiſcopi Patauini crediti ſibi à Cathedralis huius Eccleſiæ Capitulo Pontificij faſces prębuere. In quibus per triennium vltraq; ſed ſæuiente potiſſimum peſtilentia tractandis, pietatem, integritatem, vigilantiam experti ſunt pauperes, ſuſpexit Ciuitas, Auguſtiſſimus Venetus Senatus luculento rei bene geſtæ probauit teſtimonio, ac ad ampliora natum non fortuna, ſed modeſtia continuit.

Hieronymus Sanguinacius S. Stephani Eques, & ex Fratre Nepos patruo beneficentiſſimo memoriæ gratiq; animi ergo.

Vixit Annos LVIII. In Archidiaconatu vero XXXII. Menſ. III.
Obijt XII. Auguſti M DC XLVII.

S. IVLIANÆ.

Sep. Marci, & Phil. ex Brixienſi Buccellenorum F.
ac Poſteritatis eorum M D XXXVI. Kl. Ap.

Ad D. NICOLAVM in domo Nobilium Ridorum.

Magnifici & potentis Domini FRANCISCI de CARRARIA Paduæ ſeptimi Domini Heroum Carrigerum Monturſius de Monturſio familiaris in ipſius aula tener nutritus de bonis ſibi ab eodem collatis, hanc manſionem fieri fecit.

M CCC LXXXI.

In Eccleſia PP. Theatinorum.

ALEXANRDO GALVANO Ferrarienſi I.C. qui cum annis XL. in Ferrarienſi, & Patauina Academia Ius ciuile profeſſus eſſet, ac primus omnium eruditiorem Tranſalpinorum Iuriſprudentiam in Italiam intuliſſet. Obijt Patauij IV. Id. Nouembris Anno Chriſti M DCXVI. ætatis LX.

M. Aurelius Galuanus I.C. Patri, ac Præceptori B. M.

F I N I S.

E R R A T A

QVæ in hoc opus, partim librariorum varietate præter ſpem irrepſere, partim typographi feſtinatione omiſſa, ſic benigne Lector reſtitue: Reliqua fabris & ſeculo parum culto, pro tua æquitate indulgebis.

Prior numerus paginam, alter monumentum denotat.

1. 1. dilapſam 2. fornicis 3. conuertit. 2. 6. Tumulus inſtauratus 7. ſtatuit 3. 12. M CCCC XCVII. 5. 18. Ille vices—gemini 19. Sper. Bart. Iulius filii 22. Fratrum & Sororum 6. 28. cognitione 7.31. Iacobo 9.37. Piato 12.56. detritis 17. 76. Indictione 77. Franciſcus Aluarotus Iu. Doctor 21. 96. ſatum 22.97. tenent 24.3. Marco Antonio 27.24. M DC XVIII. 32. 13. inſcius Hoc mihi 34.26. extremum iudicij 38.50. inſignis hunc 41.65. de Vrſis 42.74. Saluatrombæ 75. Zaſagnini 43.82. acuto 44.86. Bonifaci 45.92. Zab. Iacobi Equitis 48. 109. FRANCISCO. erratũ fabrile. Repone. FRANCISCI 50.117. Iuxta 54.142. ſine 54.145. & periculis 55.148. Sepulcri alterius literæ deletę pedũ contritu ſunt. 59.169. Nobilis 65.1. S. IOANNIS 1. in Hoſpitali 66.1. Monialium 68.1. Tranſalgardo, Monachis Oliuetanis 69. 4. in templo, &c. marmore 71. 2. Rectoris 76.17. Saxoniam abripuit. 75.13. CAMPANATIS 78.4. Grompis. 96.1. Marcus 98.10. merſis 12. Muliebris 99. 5. M CCC LXXXV. 103. 10. eo viuente 113. 17. ciuis optimi 114. 20. M DC XXXIII 115.27. Prouidi 29. eripuerunt carnes 116. 1. D A V L O DOTTO 117.5. cõmoda 118.1. Profeſſori 3. optimo Viro & I.C. 119.7. Aromatario 120.12. cõmitto 131.1. ingreſsũ 132.11. circiter. 133.20. M CCCC LXXXIII. 135.1. ſtemmate Leonis 139.9. Vico aggeris 142.18. Rayuis. 145.18. Italiæ 149. 13. Antenoridibus 14. alma 152. 26. ſint. 28. Medius. 159. 63. LYDII 160.73. M CCC XXXXIII. 178. 162. Mainardinis. 188. 5. poſtliminio 190. 16. Capozolis 193.28. Pidonij 194. 32. M CCC LXXXVI. 198.1. curantibus 200.1. fuerit 215. 13. à Ferro 16. F.S. 217. 30. Sepultura 34. Saxonum 218. 38. M CCC LXXXI. 220. 8. ſibi 9. annos. animas. 223. 9 M D XL. 224. 15. detritis. 228.44. altaris precium 231.59. D.Gregorio. 245.7. vtraq; 8. M DC XLIIII. 253.37. tua regna 258. 59. iſtis 265.85. famam 282. 154. Gryphi Damixele. 283. 156. Conforto 288.187. Atropos 293.220. Iacobini 296.239. Dominarum 299.257. Leſmaninis 305. 1. Templo 309.15. FELICITAS 310. 17. præreptum 311. 23. Ioanni 315. 38. mulctaſſent 318. 10. Cenotaphium 319. 11. induſtria 321. 7. interfectus 324. 8. vita recepta 326. 3. Eugubini. ibid. iuuerit 329.20. Deum 336. 22. cuius familiæ 338. 35. ordine 339. 3. Ioannis 342.5. Halys 346. 24. perennem 347. 32. Themidis 349. 37. functus 351. 53. Ottonellus 54. Comitiorum 362. 109. Schemate ſexcentas dedit hoc de pacis &c. 363.113. ordinarius 375.172. redegit 376. 182. Bruxell. 379.203. Quadringentos 382.223. Paulus Archiep. Vſmirrum

In indice Epiſcoporum ✠ 2. poſt verſum 21. inſeratur hic titulus. *Epiſcopi exteri*,


Special 94-B
1545
THE GETTY CENTER
LIBRARY